



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Commentariorvm, Ac Dispvationvm, In Tertiam Partem Divi Thomae. Tomi Qvinqve**

Qui Est Primvs De Sacramentis: In Qvo Ea Continentvr, Qvæ Post  
Præfationem Indicantvr

**Suárez, Francisco**

**[Köln], 1619**

5 De institutione ipsius.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93807](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93807)

tum in Scriptura sacra, gratiam appellari, ac denique Cyprian. in lib. de lapsis, salutarem gratiam, illud appellat.

ARTICVLVS V.

Verum institutio huius sacramenti fuerit conueniens.

Inf q 74. ar 4. co. & ad 1. & 9. 30 ar 8. ad 1. & 4. dist. 8. q. 1 ar 1. Et 1 Cor. 11 l. 4 col. 4 & l. 5 co. fin. Li. 2. le 50 20. 2. Ca. 2. Eccles. Hier. par. 1. medio.

Quæst.

Ad quintum sic proceditur. Videtur, quod non fuerit conueniens institutio istius sacramenti. Vt enim Philosophus \* dicit in 2. de generatione, ex eisdem nutrimur. ex quibus sumus. Sed per baptismum, qui est spiritalis regeneratio, accipimus esse spirituale, vt Dionys. \* dicit 2. cap. 1. celest. Hierar. Ergo per baptismum etiam nutrimur. Non ergo fuit necessarium instituire hoc sacramentum quasi spirituale nutrimentum.

2. Præterea, Per hoc sacramentum homines Christo vniuntur, sicut membra capiti. Sed Christus est caput omnium hominum, etiam qui fuerunt ab initio mundi, vt supra dictum est. \* Ergo non debuit institutio huius sacramenti differri vsq. ad cenam Domini.

3. Præterea, Hoc sacramentum dicitur esse memoria e Domine passionis, secundum illud Luc. 22. Hoc facite in meam commemorationem sed memoria est præteritorum. Ergo hoc sacramentum non debuit institui ante Christi passionem.

4. Præterea per baptismum aliquis ordinatur ad Eucharistiam, qua non nisi baptizatus dari debet. Sed baptismus institutus fuit post Christi passionem & resurrectionem, vt patet Matth. vii. Ergo inconuenienter hoc sacramentum fuit ante passionem Christi institutum.

Sed contra est, quod hoc sacramentum est institutum à Christo, de quo dicitur Mar. 7. Bene omnia fecit.

Respondeo dicendum, quod conuenienter hoc sacramentum institutum fuit in Cena, in qua se. Christus, vltimo cum suis fuit conuersatus. Primo quidem, ratione continentie huius sacramenti. Continetur enim ipse Christus in Eucharistia, sicut in sacramento. Et ideo, quando ipse Christus propria specie à discipulis discessurus erat, in sacramentali specie seipsum eis reliquit, sicut in absentia Imperatoris exhibetur veneranda eius imago. Vnde Euseb. Emis. \* dicit: Quia corpus assumptum ablaturus erat ab oculis, & illaturus sideribus, nec esse erat, vt die Cene sacramentum corporis & sanguinis sui consecraret nobis, vt coleretur iugiter per mysterium, quod semel offerrebatur in pretium. Secundo, quia sine fide passionis Christi nunquam potuit esse salus, secundum illud Rom. 3. Quem posuit Deus propter iniquitatem per fidem in sanguine ipsius. Et ideo oportuit omni tempore apud homines esse aliquid representationis Domine passionis. Cuius in veteri quidem testamento præcipuum sacramentum erat agnus Paschalis, vnde & Apost. dicit 1. Cor. 5. Pascha nostrum immolatus est Christus. Successit autem & in nouo Testamento Eucharistia sacramentum, quod est rememoratiuum præterite passionis, sicut & illud fuit præfiguratiuum future. Et ideo conueniens fuit, vt imminente passione celebrato priori sacramento, nouum sacramentum institueret. Vnde Leo \* Papa dicit, quod, vt membra cederent corpori, antiqua obseruantia nouo excluditur sacramento, hostia in hostiam transit, sanguine sanguis aufertur, & legalis festiuitas, dum mutatur, impletur. Tertio, quia ea que vltimo dicuntur, maxime ab amicis recedentibus, magis memoria commendantur, præsertim quia tunc magis inflammatur affectus ad amicos. Ea vero, ad qua magis afficiuntur profundius animo imprimuntur. Quia igitur (vt B. Alexan. \* Papa dicit) nihil in sacrificio maius esse potest, quam corpus & sanguis Christi, nec vlla oblatio hac potior est: ideo, vt in maiori veneratione haberetur, Dominus in vltimo discessu suo à discipulis, hoc sacramentum instituit. Et hoc est, quod August. \* dicit in lib. Respon. ad Ianuarium. Saluator, quo vehementius commedaret mysterij huius altitudinem, vltimum hoc voluit artibus infigere cordibus & memoria discipulorum, à quibus ad passionem discessurus erat.

habetur de Conse. d. 4. c. quia corpus assumptum, Ho. 4. in Pascha Domini, non longe à prin.

In serm. 7. de Pascha. Dom. inser. prim. & med.

Alex. 1. in ep. ad omnes ortho. à med. illius tom. 1. cens.

In ep. 118. c. 6. à med. 20. 2.

Ad primum ergo dicendum, quod ex eisdem nutrimur, ex quibus sumus, non tamen eodem modo nobis adueniuntibus. Nam ea, ex quibus sumus, nobis adueniunt per generationem; eadem autem, in quantum ex eis nutrimur, nobis adueniunt per manducationem. Vnde sicut per baptismum regeneramur in Christo, ita per Eucharistiam manducamus Christum.

Ad secundum dicendum, quod Eucharistia est sacramentum perfectum Domine passionis, tanquam continens ipsum Christum passum. Et ideo non potuit institui ante incarnationem: sed tunc habebant locum sacramenta, qua erant tantum præfiguratiua Domine passionis.

Ad tertium dicendum, quod sacramentum istud fuit institutum in cena, vt in futurum esset memoriale Domine passionis, ea per se. Vnde signanter dicit: hac quotiescumq. fueritis, de futuro loquens.

Ad quartum dicendum, quod institutio respondet ordini intentionis. Sacramentum autem Eucharistie, quamuis sit posterius baptismum in perceptione, est tamen prius in intentione. Et ideo debuit prius institui. Vel potest dici, quod baptismus iam erat aliquo aliter institutus in ipso Christi baptismo, vnde & iam aliqui ipso Christi baptismo erant baptizati, vt legitur Ioan. 3.

COMMENTARIVS.

Quamquam videatur D. Th. proponere absolutam questionem de conuenientia huius institutionis, re tamen vera solum agit de circumstantia temporis, in quo illa institutio facta est: & merito: tum quia hoc proprie pertinet ad questionem, An est, quam in hac questione versat: tum quia de conuenientia ipsius institutionis in communi iam supra dixerat: in particulari vero de conuenientia materie & forme, & præcipui mysterij huius sacramenti: scilicet, realis presentie corporis Christi, infra propriis locis dicturus est.

Respondet igitur conuenientissime instituisse Christum hoc sacramentum in vltima cena, cum iam fuit passioni, & morti esset vicinus, quod tribus rationibus ex sanctis Patribus depromptis elegantissime, & clarissime confirmat: nempe eius litera maiori indiget expositione: vt res autem magis intelligatur, propriam de ea instituemus disputationem.

Solutiones argumentorum faciles sunt, præsertim solutio ad 1. in solutio, vero ad 2. sunt illa verba diffinitionis, Eucharistia est sacramentum perfectum, tanquam continens Christum passum: & ideo non potuit institui ante incarnationem. Sed quia de hac re infra sum ex profecto disputaturus, hic solum, quoad mentem D. Thom. existimandum non est illum loqui de potentia absoluta, propter solam realem Christi presentiam: id enim esset improbabile, vt prædicto loco q. 75. ostendam. Et non est necessarium ad intentionem D. Tho. hic, vbi non de possibili absolute, sed de eo, quod fuit conueniens, tractat: mens ergo D. Th. fuit docere, primo sacramentum hoc, vt est signum rei præterite scilicet, passionis Christi, non potuisse institui, vt esset in vfu ante ipsam passionem: quia fuisset falsa significatio. Secundo, si consideret formam huius sacramenti, quatenus designat personam Christi subistentem in natura humana, & per eam loquentem, vt in rigore significant illa verba: Hoc est corpus meum: Sic impossibile esse intelligere institutionem talis sacramenti, cum eadem forma, & significatione, antequam Christus in suo corpore existeret: quia non potuisset, illud relatiuum (meum) referre eodem modo corpus Christi: potuisset tamen hoc sacramentum, quatenus est quodammodo mysterium realiter continens corpus & sanguinem Christi sub speciebus panis & vini, ex Dei potentia, & voluntate institui, ante naturalem existentiam humanitatis Christi, abique illa præcisa verborum forma, vel significatione rei præterite: in hoc enim nulla contradictio intelligitur.

viatur. De solutione ad 2. inferius dicemus. In solutione ad quartum breuiter aduertatur, secundam solutionem esse veram & propriam: certum est enim sacramentum Baptismi prius tempore institutum esse, quam sacramentum Eucharistiae, quamuis preceptum Baptismi post Christi mortem datum fuerit, vt supra in proprio loco tractatum est.

## DISPUTATIO XLI.

De tempore institutionis huius sacramenti.

Textus a dignitate de Eucharistia.

Clemente P. Conc. Vien. Conc. Trid.

Item 6.

Conc. Trid.

**M**ulta possunt sub hoc titulo comprehendi, quorum resolutio ex materia de incarnatione facile constat, supposito vno principio fidei, scilicet Christum instituisse hoc sacramentum in nocte cenae, praequam pateretur, prout definitum est à Clemente V. cum Concilio Viennensi, in Clement. viii. de reliquiis, & veneratione Sanctorum, & à Concilio Trid. sess. 13. ca. 1. & 2. vbi dicit, hanc esse antiquorum Patrum traditionem: nam Matt. 26. Mar. 14. Lucae 22. dicitur, tunc Christum consecrasse panem & vinum, suisque discipulis tradidisse: & praeterea addidisse illa verba: Hoc facite in meam commemorationem. Per quae dedit Apostolis, & eorum in sacerdotio successores potestatem & mandatum illud conficiendi, & distribuendi fidelibus. Vnde aperte colligitur non fecisse illud opus, tanquam vinum ex alio miraculis, quod ipse solus in sua persona effecit: sed instituisse illud in sacramentum perpetuo in Ecclesia mansurum: constat etiam non instituisse illud antea, & tunc illo fuisse vltimum: sed illam fuisse primam institutionem, primumque vltimum huius sacramenti: non solum, quia nulla mentio talis institutionis ex Euangelio, vel ex alia traditione habetur: nam licet Ioan. 6. hoc sacramentum fuerit promissum, nunquam tamen ante cenam legitur exhibitum: sed etiam, quia ex modo narrationis, & verbis Euangelistarum satis constat factum illud fuisse nouum, & nunquam antea à Christo vltimum: constat ergo tunc primum factam esse institutionem: nam ibi fuit designata materia & forma huius sacramenti, & data potestas illud conficiendi verbis illis: Hoc facite in meam commemorationem, vt explicuit Conc. Trid. sess. 22. c. 2. vnde ex tunc etiam cepit habere vim promissio facta à Christo Ioan. 6. de effectu, & gratia per hoc sacramentum conferenda: illa enim ad tempus futurae institutionis referebatur: qua facta, cepit quali obligare, imo in institutione quodammodo includi: institutum enim est hoc sacramentum, vt memoriale passionis Christi, & signum efficax gratiae, verusque animarum cibus.

Ex hoc principio facile defini potest, quo anno, mense, & die institutum fuerit hoc sacramentum: constat enim institutum esse inchoato vltimo anno vitae Christi, qui (vt ego opinor) fuit trigessimus quartus, licet aliquorum probabilis opinio sit, fuisse trigessimum tertium: aliae enim opiniones non sunt probabiles. Deinde etiam constat factam esse institutionem, primo mense lunari, qui iuxta computationem Iudaeorum incipiebat in prima luna post æquinoctium vernale, qui est apud nos mensis, qui dicitur Martius, quamuis interdum partem aliquam etiam mensis Aprilis sub se complectatur. Denique constat etiam (vt existimo) sacramentum hoc institutum esse 14. Luna illius mensis: nam in illa, iuxta legem Moysis, cenandus erat agnus Paschalis: in qua cena, vt dixi, haec institutio facta est: quod enim Christus ritum illius legis obseruauerit, & eadem nocte, qua alij Iudaei cenauerit, latissime in proprio loco ostendi supra q. 46. Tria igitur solum possunt hoc loco designari. Primum, in qua parte temporis illi? decima quarta Lunae Christi cum Apostolis cenauerit, & hoc sacramentum instituerit. Secundum est, quo tempore cenae, seu quo ordine, respectu aliarum rerum,

Franc. Suarez Tom. 3.

quae in cena gesta sunt, atque adeo qua hora noctis institutum fuerit hoc sacramentum. Tertium est, quae fuerit ratio huius institutionis, id est, cur fuerit in illam noctem vltimae cenae referuata.

## SECTIO I.

Vtrum Christus instituerit hoc sacramentum decima quarta Luna ad exitum tendente, & decima quinta inchoante.

**Q**uestio haec definita etiam est ex principio posito, quod Christus instituit hoc sacramentum eadem nocte, qua vltimam legalem cenam perfecit, adiuncto alio principio à nobis etiam posito supra citata q. 46. disp. 40. sect. 2. & 3. vbi ostendimus iuxta praescriptum legis veteris, Phasem fuisse comedendum in fine decimae quartae Lunae, & initio decimae quintae: atque eodem tempore fuisse à Christo Domino vltimam cenam peractam. Nihilominus tamen, quia post editionem praecedentis tomi noua quaedam controuersia inter doctos viros exorta est, quorum scripta, vel tunc euulgata non fuerant, vel ad manus nostras non peruenerant: ideo ea diligentius hoc loco inquirere & examinare decreui.

Consistit autem praecipua difficultas in expositione illorum verborum Exod. 12. Et seruabitis eum, (id est, agnum) vsque ad quartam decimam diem mensis huius immolabitur: cum vniuersa multitudo filiorum Israel ad vesperam: & difficultas est in illa particula, ad vesperam: an de priori, quae erat principium diei decimae quartae, vel de posteriori, quae finis erat eiusdem, sit intelligenda. Hebraei enim dies suos (praesertim in ordine ad suas festiuitates, vel solennitates) à vespera vsque ad vesperam computabant, iuxta illud Leui. 23. A vespera vsque ad vesperam celebrabitis sabbathum vestrum: ceterum ille decimus quartus, quamuis festiuitas non esset, tamen ob solemnem ritum Phasae erat celebris, ac venerabilis: ideoque eodem modo à vespera incipiebat, & in alia vespera finiebatur: complectebatur ergo duas vespere: priorem, & posteriorem: & ideo ambiguum relinquitur, de qua earum intelligendum sit supra possum praescriptum. De hac ergo quaestione breue opusculum edidit sapientissimus Magister meus Luyffius Legionensis, quod de vtriusque agni typici, atque veri immolationis legitimo tempore inscriptum in quo demonstrasse se existimauit de priori, & non de posteriori vespera esse intelligendum: sententiamque tam constanter defendit, vt contrariam, quamquam communem & antiquam esse fateatur, ex vulgari errore ortam esse, initiumque & occasionem plurium aliorum errorum fuisse, affirmet. Hanc opinionem secutus est ex parte Petr. Lopez de Montoya, lib. annot. in sacrum Cano. Missae. Fundamenta sunt. Primum, quia error praedictus (vt ipsa ait) inde ortus est, quod vulgo diei vesperam, posteriorem diei partem esse omnes intelligunt: eo quod nostri dies noctu terminantur: est autem magnus error, inquit, de nocte consuetudine dies Hebraeorum computare: cum illi à vespera orientur, & subsequente mane clauderentur ante vesperam subsequentem: ab illa enim iam dies insequens incipiebat: ergo, cum agnus in vespera decimae quartae diei immolari praecipitur, ea mente immolandus erat: quia vespera non finem, sed initium diei significabat.

Secundum ac praecipuum argumentum conficit in hunc modum: quia eo tempore immolabatur ab Hebraeis paschalis agnus, quo primum in Aegypto fuit ab eisdem immolatus, sed tunc immolarunt illum ineunte decima quarta die: ergo illud fuit semper legitimum tempus illius celebritatis: consequentia est euidens, & maior certissima ex cap. 12. Exod. & ex fine illius praeccepti, & sacrificij introducti, in memoriam beneficii ea nocte suscepti, quando Angelus transiens percutiebat primogenitos Aegyptiorum: filios autem domus Hebraeorum transiiebat

Pp 3 propter

Luyff. Legionensis

propter signum sanguinis agni, quo domus Hebraeorum erant intincta. Minor vero probatur primo ex Iosepho lib. 2. Antiquitatum, cap. 5. in verbo illo, appetente autem (ut ipse vertit, Graece enim *επιζητης* legitur) decimaquarta dies omnes ad iter accincti sacrificabant, & sanguine domos lustrarunt. Secundo ex Scriptura: nam Hebraei dicuntur egressi de Aegypto, quando egressi sunt de Ramesse Aegypti, iuxta illud Exod. 12. Profecti sunt filij Israel de Ramesse in Socoth: sed de Ramesse egressi sunt nocte, sole occidente, in fine decimae quartae Luna, inchoante iam decimaquinta: ergo non potuerunt eadem nocte Phasē celebrare: ergo celebraverant illud antecedente nocte, in initio Luna decimaquarta. Minor probatur quoque ad singulas partes: nam quod Hebraei nocte egressi fuerint de Aegypto, expresse legitur Exod. 12. Nox illa est obseruabilis Domino, quando eduxit eos de terra Aegypti. Quod vero id fuerit in initio noctis, occidente sole, additur Deut. 16. Immolabis Phasē vesperae ad solis occasum, quando egressi es de Aegypto. Quod Phasē (ut hic auctor existimat) non erat agnus paschalis, sed aliud sacrificium ex ovis, & de bobus, ut ibidem dicitur, & ex Num. 28. colligitur. Quod vero illa nox egressionis de Aegypto fuerit finis decimae quartae Luna, & initium decimae quintae, constat aperte ex Num. 35. Profecti sunt de Ramesse in mense primo, quinta decima die mensis primi. Unde dici non potest, Hebraeos fuisse egressos post occasum solis finito iam die decimo quinto: alias non essent egressi die decimo quinto, sed decimo sexto: ergo necesse est dicere fuisse egressos occidente sole, in initio diei decimae quintae. Atque hinc necessario concluditur prior consequentia, scilicet non celebrasse eadem nocte Phasē: quia Phasē comederunt nocte, post occasum solis, in propriis domibus, ex quibus iussi sunt non egredi tota illa nocte, in cuius medio Angelus pertransiit, interficiens primogenitos Aegyptiorum, ut refertur Exod. 12. Unde tandem patet vltima consequentia, necessarium scilicet fuisse, ut nocte proxime antecedente, qua fuit initium decimae quartae diei, agnum cenauerint: atque ita vnum fere naturalem diem, inter noctem cenae agni, & egressionis ex Aegypto, intercessisse. Quod etiam videtur aperte scripsisse Moyses Num. 35. Profecti de Ramesse in mense primo in quinta decima die mensis primi, altera die à Phasē, filij Israel in manu excelsa, videntibus cunctis Aegyptiis, & sepelientibus primogenitos, quos percussit Dominus: nam & in diis eorum exercuerat vltionem. Et quamquam Scriptura non tam aperte id diceret, res ipsa, qua gestae leguntur ab usu agni, vsque ad egressionem de Aegypto, illud tempus, ut minimū, requirunt. Nam post cenatum agnum tota illa nocte vsque ad ortum diei intra domos suas perstiterunt, iuxta illud Exo. 12. Nullus vestrum egredietur ostium domus suae vsque mane. Postea vero (hortantibus Aegyptiis) post lucis ortum coeperunt omnes Hebraei ex omnibus vicis, in quibus habitabant, congregari in Ramesse, ut inde simul exirent. Nam, ut dicitur Exo. 12. Profecti sunt de Ramesse sexcenta fere milia pedum virorum absque paruulis, & mulieribus: sed & vulgus promiscuum innumerabile ascendit cum eis: oves, & armenta, & animantia diuersi generis multitudine. Tanta autem multitudo non poterat prius simul ibi habitare: ergo necesse fuit ibi denuo congregari: ergo, ut minimū, necessarius fuit dies integer, ut posset in eum locum conuenire. Adde etiam possumus (quod Exo. 12. legitur) filios Israel petisse ab Aegyptiis vasa argentea, & aurea, vestemque plurimam, &c. Quod non potuit nocturno tempore, & post mediam noctem fieri factum est ergo diurno tempore inter duas noctes immolationis & egressionis.

Tertium argumentum sumit ex facto Christi Domini, cuius occasione quaestionem hanc in praesente tractamus: nam Christus celebravit vltimam cenam legalem legitimo tempore à lege praescripto,

quando totus populus agnum comedeat. sed Christus cenauit cum discipulis in priori vespera decimae quartae inchoantis Luna: ergo illud erat legitimum tempus celebrandi Phasē. Maiorem nunc supponimus, quia certissimam esse existimamus, ut superioris tomo diximus: in noxem vero probat, quia Christus crucifixus est proximo die artificiali, seu proxima luce, post noctem Cenae, ut ex Evangelio constat: non fuit autem crucifixus decimaquinta die: quia erat festiua, & solemnis, in qua Hebraei non licebat iudicia exercere: ergo fuit crucifixus decimaquarta currente, qua erat Parasceue Paschae, ut dicitur Ioann. 19. cenauerat ergo eadem decimaquarta Luna inchoante. Atque hoc modo melius respondet figuratum figurae: quia nimirum eadem die decimaquarta, quamuis non eadem hora, qua immolabatur agnus, crucifixus est Christus. Unde tandem iuxta hanc sententiam conscribitur, typicum Eucharistiae sacrificium eadem decimaquarta Luna inchoante ad vesperam institutum, atque oblatum esse: quia eadem nocte, paulo post Cenam legalem, sacrosanctum Eucharistiae mysterium peratum est.

Hae sententia, quamuis ingeniose quidem, & magna probabilitatis specie confirmata, non minus mihi displicet, & falsa esse videtur, quam in precedente tomo visa fuit: atque idem iudicium fuit Patris Francisci Riberae in opere de Templo, & his, quae Fran. Rib. ad ipsum pertinent, li. 5. ca. 3. Sebastianus etiam Episcopus Oxoniensis explicans hanc eandem D. Thom. Quaest. 1. art. 5. & seq. q. de Azymo, num. 20. contrariam sententiam, tamquam certam sine disputatione, quamuis non sine sufficienti probatione, affirmat. Dicendum est ergo, Christum Dominum vltimam Cenam legalem peregrisse in posteriori vespera decimae quartae diei, qua erat illius finis, & initium decimae quintae: tempore nimirum à lege praescripto, & tunc etiam Eucharistiae mysterium institutum esse. Hanc sententiam probauit in citato loco, sacra Scriptura, & veterum auctoritate: & in summa fere nihil addendum occurrit: sed oportet illa eadem amplius explicare, roborare, & defendere. Prima ergo probatio, qua ex Scriptura sumitur, & mea sententia euidens est: fundatur in hoc, quod lex Exod. 12. Leuit. 2. Num. 28. solum septem dies azymorum obseruare praecipiebat, qui ab eadem vespera, in qua agnus comedeatur, incipiebant, & in vltima vespera vigesima prima die eiusdem mensis finiebantur. Unde necessario concluditur, vesperam, in qua incipiebat dies azymorum, fuisse finem decimae quartae Luna, & initium decimae quintae: quia ab illo die vsque ad vigesimum primum inclusive septem numerantur dies: sed esus agni & azymi dies simul incipiebant: ergo agnus comedeatur eadem vespera, qua erat initium decimae quintae Luna, & finis decimae quartae.

Ad hanc rationem respondet latè Aloyfius: & in Summa negat, dies azymorum propriè dictos incipisse simul cum esu agni, sed post diem in prima vespera sequentis diei: nam initio decimae quartae Luna, quando comedeatur agnus, prohibebatur fermentum solum in ipsa cena legali agni: non tamen in reliquo tempore illius diei decimo quarti, in quo non erat prohibitum adhibere fermentum panem ad alias communes epulas: & ideo dies illa decimaquarta non erat simpliciter dies azymorum, sed tantum secundum quid, scilicet, quoad sacramentalem actum Cenae legalis: septem autem dies azymorum, qui in scriptura numerantur, intelliguntur de azymis simpliciter: in quibus, quoad omnem cibum, fermentum erat prohibitum. Unde, si in communi loquamur de diebus azymorum, siue simpliciter, siue secundum quid, non veretur hic auctor concedere fuisse octo: putatque esse sententiam Iosephi libro 2. Antiquit. cap. 5. Hanc vero azymorum distinctionem, & sacra Scriptura interpretanda rationem merito

Exod. 12.

Num. 35.

Num. 35.

merito improbat Petrus Montoya: dicitq; se scriptas  
multas rationes suas ad prædictum Aloythum, illisq;  
adeo ipsum permouisse, vt ei referisset, illam ex-  
positionem dierum azymorum sibi iam displicere:  
aliqui fuisse traditum in secunda eiusdem libri e-  
ditione, quam morte præuentus perficere non po-  
tuit. Prima ratio est: quia dies ille, in quo immolaba-  
tur agnus, simpliciter vocatur in Scriptura primus  
dies azymorum: ergo simpliciter erat dies azymus:  
ita vt in eo esset omnino prohibitum fermentum:  
antecegens est expressum Marci 14. Erat autē Pascha  
& azyma post biduum: incipiebant ergo simul Pascha  
& azyma simpliciter dictum: & expressis infra: Pri-  
mo die azymorum, quando Pascha immolabant. Idē  
fere Marth. 26. & Lucæ 22.

Videri autem possunt hæc Euangeliorum testi-  
monia non conuincere, quia in eis primus dies azy-  
morum vocatur ipsamet decimaquarta Luna: nam  
eo die venerunt discipuli ad Christum interrogan-  
tes, Vbi vis, paremus tibi comedere Pascha? ergo nõ-  
dum inceperant dies simpliciter azymi: ergo necesse  
est, vt tibi dies azymorum latius sumantur. Sed in pri-  
mo hoc argumentum fortius vrgeri potest in contra-  
riam sententiam: nam si agnus immolaretur in initio  
Lunæ decimaquartæ, necesse est, illa verba, Vbi vis,  
paremus tibi comedere Pascha: dicta esse ab Aposto-  
lo saltem illud tempus necessarium erat ad paran-  
dum omnia necessaria ad cœnam agni sequente ves-  
pera futuram, & ita iuxta hanc opinionem dies de-  
cimetæriæ Lunæ vocaretur prima dies azymorum:  
& ita etiam in aliquo sensu essent nouem dies azy-  
morum: vtrumque autem inauditum est. Deinde o-  
mnia quorundam Græcorum expositione, dicen-  
tium: primum diem azymorum ibi significare deci-  
mam quintam Lunam, nondum presentem, sed pro-  
ximam in antem: concedo, decimam quartam Lunam  
ibi appellari primum diem azymorum: hoc autem  
nihil obstat argumento factò: quia omnino certum  
est, illam diem, de qua Euangelista loquuntur iuxta  
hanc expositionem non vocari diem azymorum pro-  
pter aliquem vsum panis azymi, qui vel in priori ve-  
spera eiusdem diei præcessisset, vel in toto illo die  
obseruandus esset: sed solum, quia in fine illius diei  
naturalis inchoandus erat azymorum usus: quia tunc  
eo die, quo accesserunt discipuli ad Christum, non-  
dum erat eius paschalis agnus, ante cuius esum non  
incipiebant panes azymi, nec simpliciter, nec secun-  
dum quid. Quomodo docentur ergo exponatur ille pri-  
mus dies azymorum: talis appellatur per respectum  
ad azyma simpliciter, quod in initio decimaquintæ  
Lunæ incipiebat: & ita iuxta legalem, seu cæremoni-  
alem dierum computationem, decimaquinta Lu-  
na vocatur semper primus dies azymorum in veteri  
testamento Exod. 12. Leuit. 23. Num. 28. iuxta natu-  
ralem vero dierum cursum, totum à parte denomi-  
nando, decimaquarta Luna dicitur interdum prima  
dies azymorum in Euangelio, vt etiã annotauit præ-  
cedente tomo, disput. 40. sect. 2. vbi in eodem sensu  
explicitè supra citatur locum Iosephi de octo diebus  
azymorum, vt scilicet de naturalibus, non de legali-  
bus intelligatur: ita tamen vt omnes dicantur azymi  
simpliciter per respectum ad eandem obseruantiam  
& prohibitionem fermenti: nam reuera hæc appella-  
tio dierum azymorum magis in priuatione, & prohi-  
bitione fermenti, quam in positivo vsum panis azymi  
constituebat, vt ex Deut. 16. in loco citato præcedentis  
tomi annotauit. Et confirmari hoc potest ex illis ver-  
bis Lucæ 22. Appropinquabat eum dies festus azy-  
morum, qui dicitur Pascha. Vbi certum est sermonē  
esse de die decimo quinto, & ideo de illo non dicit Eu-  
angelista, erat autē, sed, appropinquabat autē: neque  
eum tantum vocat diem azymorum, sed diem festum  
azymorum: quia non omnes dies azymorum erant  
festiui, sed solum primus & septimus ex his dieb. qui

erant azymi simpliciter, vt est evidens in Scriptura:  
certum est autem, Lucam non loqui de die septimo:  
loquitur ergo de primo simpliciter azymo, & tamen  
illum dicit, appellatum esse Pascha, quia nimirum in  
initio eius occidebatur pascha, id est, agnus: sic enim  
ea voce vtuntur Euangelista, & ipsemet Lucas paulo  
inferius.

Atq; hinc satis probata relinquatur consequentia  
primi argumenti: tum quia ille dies non solum dicitur  
in Scriptura dies azymorum, sed etiam dies festus  
azymorum: quod non conuenit, nisi primo dierum  
inter azymos simpliciter: nam ille author, qui finxit,  
fuisse alium priorem diem azymorum secundum quid,  
fateretur illum non fuisse diem festum: tum etiã quia  
in Scriptura nullum est vestigium illius distinctionis  
azymorum, secundum quid, & simpliciter: sed vbi-  
cunq; de diebus azymorum loquitur, intelligit il-  
los dies, in quibus erat prohibitum fermentatum:  
tum denique quia Exod. 12. satis aperte dicitur, à pri-  
mo die fuisse prohibitum fermentum. Septem, inquit  
diebus azyma comedetis, in die primo non erit fer-  
mentum in domibus vestris, vsque ad diem septi-  
mum, & c.

Secundum argumentum sumitur ex traditione,  
ex qua constat, ab ea vespera, in qua præcipiebatur  
comedi agnus, fuisse simpliciter prohibitum fermentum,  
etiam in communi prandio & vsum. Propterea  
enim Ecclesia latina verius & certius existimat, Chri-  
stum Dominum consecrasse in pane azymo: quia con-  
secrauit in eo tempore, quo erat prohibitus fermentum:  
hoc autē non aliunde colligit, nisi quia consecra-  
uit decimaquarta Luna ad vesperam, post inchoatam,  
vel etiam consummatam cœnam agni: ergo ab illa ve-  
spera erat simpliciter prohibitum fermentum, vsq; ad vi-  
gesimam primam diem. Et declaratur vis argumenti,  
nam, iuxta priorem sententiam, post cœnam agni fini-  
tam, licebat vti fermentato in cœna vltima, sicut in  
quolibet alio communi prandio illius diei: Christus  
autem (vt infra ostendimus) consecrauit Eucharistiã  
post finitam cœnam legalem in vltima cœna, vel pro-  
xime ante illam: ergo, si iam tunc licebat vti fermentato,  
verisimilius est, Christum in fermentato pane  
consecrasse, vel saltem nullo sufficiente fundamen-  
to, sed ad summum probabili cõiectura, potuit Latina  
Ecclesia credere consecrasse in azymo. Addo vltèrius  
non solum hunc fuisse semper sensum Ecclesiæ La-  
tinæ, sed etiã Græcæ: nam propterea Græci existima-  
runt, Christum in fermentato consecrasse: quia credi-  
derunt Christum vno die anticipasse legitimum tem-  
pus legalis cœnæ, in quo nondum erat prohibitum fer-  
mentum. Neq; enim ipsi negarunt Christum & Apo-  
stolos in cœna legali vsos fuisse pane azymo: illa e-  
nim cæremonia erat lege præscripta, & necessaria ad  
illud sacrificiũ peragendũ: nec vlla fuit Christo oc-  
casio, illam prætermittendi. tamē, quia Græci putant  
post illam cœnam licuisse ad fermentum redire, ideo  
existimant, Christum in fermentato consecrasse: atq;  
ita contraria opinio dat Græcis quidquid ipsi desi-  
derant ad suam opinionem: & dicitur ab eis in eo, in  
quo ipsi cum Latina Ecclesia conueniunt: scilicet iuxta  
præscriptum legis non licuisse post cœnam agni re-  
dire ad fermentum, Christo autem id licuisse (ad-  
dunt Græci) quia anticipauit tempus à lege præscri-  
ptum, in quo nondũ obligabat prohibitio fermenti.  
Denique addo, non solum ex Latinorum, & Græcorum,  
sed etiam ex traditione Hebræorum constare:  
simul cum azymis agni Paschalis incepisse prohibi-  
tionem totius fermenti in domibus Iudæorum: at-  
que ideo nullum esse diem azymum secundum quid  
absque azymo simpliciter: antecedens patet ex tra-  
ditione Hebræorum, quam ex principio libri Thal-  
mudici, qui Pesachim, id est, Pascharum, inscribitur,  
refert Iansenius ca. 144. Concordiã: aiunt enim He-  
bræos ea nocte, qua agnum cœnabant, solitos fuisse  
inquirere fermentum ad lumen lucernæ: eo quod

existimarent, è donibus suis esse eiciendum tanquam sibi prohibuitum ab eo tempore: & eadem traditio potest sumi ex Iosepho, loco statim citando. Tertio tandem in huius veritatis confirmationem expendere, ac ponderare possumus verba Exod. 12. vbi primum precipitur sacrificiù agni cum omnibus ceremoniis ad illud pertinentibus, deinde precipitur obseruatio festi azymorum per septem dies integros, à quartadecima die ad vesperam, vsque ad vigesimam primam ad vesperam. In quo confidero, eodem modo dici agnum fuisse immolandum decimaquarta die ad vesperam, & azyma fuisse inchoandù decimaquarta die ad vesperam: vbi euidenter est sermo de azyma simpliciter: quia est sermo de azyma septem diebus integris seruando: ergo verba illa, quartadecima die ad vesperam, eodem modo sunt in vtroque loco intelligenda: gratis & sine vilo fundamento in vno loco de priori, in altero de posteriori vespéra intelligeretur: ergo simul in eadem vespéra comedebatur agnus, & incipiebat prohibitio fermenti, & azyma simpliciter.

Atq; ex hoc eodem testimonio euidenter, vt existimo, refelluntur duæ alie euasiones rationis factæ, quæ ex illo opusculo Petri Montoya sumi possunt. Primo enim responderet, concedi posse, obseruatos esse à Iudæis octo dies azymorum integros & legales: tamen diuersis rationibus & præceptis. Primus eorum erat decimaquarta Luna, à prima vespéra vsque ad finem diei, in quo comedebantur azymi panes propter esum agni in memoriam transitus Angeli percutientis: alij vero septem propter specialem solemnitatem azymorum, quæ incipiebat proxime post decimaquartam Lunam, in principio decimaquinta: in memoriam egressions de Aegypto, & azymorum panum, quos eodem die in Sochor comederunt. Et de hac tantum posteriori solemnitate loqui Scripturam veterem, vbi cunctiq; numerat tantum septem dies azymorum, & eorum primum vocat celeberrimum, atq; sanctissimum: quem semper dicit incipere decimaquinta die, quæ fuit dies egressions de Aegypto, vt constat Exo. 12. & 13. Leui. 13. Deu. 16. Nu. 28. quibus etiã locis fit mentio decimaquartidie, tanquam diuersæ solemnitatis, & obseruationis azymorum, vt patet ex illis verbis Num. Mensè primo, 14. die ad vesperam Phasè Domini est, & quinta decima die, solemnitas azymorum: & ex illis Exod. 12. Primo mensè, decimaquarta die mensis ad vesperam comedetis azyma, vsq; ad diem vigesimam primam eiusdem mensis, ad vesperam. Sed hæc responsio, vt ipsemet eius author videre visus est, magnam vim infert Scripturis, vt patet primo ex eisde verbis proxime ab eodem adductis, Primo mensè, &c. post quæ statim subdit Scriptura, Septem diebus fermentum non inuenietur in domibus vestris: ergo aperte declarat Scriptura ab illa vespéra decimaquartæ Lunæ, vsque ad illam vesperam vigesimæ primæ, quo tempore immediate ante præceperat comedi azyma, tantum numerari septem dies: & tamen in illa numeratione etiã concluditur, azyma comedendù cum agno Paschali: nam illud erat edendum decimaquarta Luna ad vesperam. Atque hinc conficitur secundum argumentum supra indicatum: nam sicut agnus, ita & panis azymus, precipitur manducari decimaquarta Luna, ad vesperam: ergo vtroque eadem vespéra accipienda est, propter argumentum supra factum: ergo vel illa est secunda vespéra (quod intendimus) & sic impossibile est numerari octo dies azymorum, vt per se constat: vel est prima vespéra, & tunc sequitur, verba etiam illa, vsque ad vigesimam primam eiusdem mensis ad vesperam, intelligenda esse de prima vespéra vigesimæ primæ diei: quia est idem locutionis modus, & eadem ratio significandi per vespérâ initium diei: & quia alias erit voluntaria interpretatio, & æquiuocatio. Atque hoc etiam modo, tantum numerabuntur septem dies azymorum: quamquã ille modus Scri-

pturis etiam repugnet, vt statim ostendam. Tertio obstat huic euasioni, quod sine fundamento Scripturæ affirmat, toto die decimaquartæ Lunæ fuisse prohibitum fermentum, supponendo agnum fuisse immolatum in initio illius diei: & adhuc superesse septem integros dies azymorum, à principio decimaquintæ Lunæ inchoandos: quod acute & considerate perpexit Aloysius: & ideo illam suam distinctionem confinxit. Antecedens patet: nam Exod. 12. vbi latius describitur, & precipitur sacrificium agni decimaquarta Luna ad vesperam, precipitur quidem vsus azymorum in illa cæna: de reliquo vero tempore illius diei nulla fit mentio, nullaque prohibitio fermenti, donec inferius septem dies azymorum precipiuntur: vbi statim subditur: In die primo non erit fermentum in domibus vestris, vsq; ad septimum: & inferius additur, Septem diebus fermentum non inuenietur in domibus vestris: & similiter dicitur Leuit. 23. & Num. 28. octauis autem diei nulli fit mentio. Quarto tandem, nunquã in Scriptura sacra decimaquarta Luna vocatur primus dies azymorum, e ratione & modo, quo hæc locutio loquitur: nam, in testamento veteri, primus dies azymorum semper significat diem decimaquintæ Lunæ festiuam, atq; solemnem, vt manifeste patet ex citatis locis. At vero in Euangelio, quamuis interdum dies decimaquartæ Lunæ dicatur dies azymorum: non tamen, quia ab initio eius diei comeditur azyma: sed quia in fine illius erat comedendum, vt patet aperte ex supra dictis: nam quando discipuli dicuntur accessisse ad Christum primo die azymorum interrogantes, Vbi vis, paremus tibi comedere Pascha? non cum inciperat vltimæ azyma, quia nondum aduenerat tempus comedendi agnum. Vnde iuxta hanc etiam sententiam dicendum est: illam fuisse decimaquintam Lunam currentem: eamq; vocari ab Euangelistis primam azymorum: sicq; aliquo sensu numerari posse nouem dies azymorum: quæ plane sunt absurda in scriptura. Neq; illa, quæ hic author in huius responsionis persuasionem ex sacra Scriptura adducit, difficultatem habent: fatemur enim celebritatem Phasè, & solemnitatem azymorum esse diuersas, in præceptis, in actionibus, in finibus seu rationibus earum & aliquo modo in temporibus, nõ ita vt inter vnã, & alteram tempus aliquod interponeretur, sed quod tempus Phasè, quoad immolationem agni inciperet ad vesperam diei, vergente iam sole ad occasum, & statim post solis occasum, oriente iam Luna decimaquinta, & agnus ederetur, & simul inciperet azymorum solemnitas, quæ omnia in præcedente loco superioris tomilate tractata & demonstrata sunt.

Alteræ responsio prædicti authoris est, dies azymorum omnino esse tantum septem, eosq; numerari incipere à prima vespéra Luna decimaquartæ: finiri vero in prima vespéra Luna vigesimæ primæ: & consequenter quod Scriptura dicit, septem dies azymorum obseruandos fuisse vsque ad vigesimam primam diem ad vesperam, intelligendum esse exclusiue, & de prima vespéra vigesimæ primæ diei, vt idem sit, inquit, vsque ad vesperam diei vigesimæ primæ, & vsque ad initium vigesimæ primæ diei, iuxta Hæbreorum computationem. Sed hæc interpretatio, & diuina Scripturæ, & toti antiquitati repugnat.

Primo enim constat ex diuina Scriptura primum diem azymorum non fuisse decimaquartam Lunam, sed decimaquintam, primum (inquam) diem azymorum intrinsece ac legaliter (vt sic dicam) quod ideo assero, quia, vt iam dixi, decimaquarta Luna vocatur in Euangelio primus dies azymorum magis secundum naturalem ordinem dierum, quam legalem, & solum quasi extrinsece: eo quod in fine illius diei inciperet azyma, non vero quasi intrinsece, quia in toto illo die secundum computationem legalem, obseruatio azymorum, & abstinencia à fermentato obligaret. Hoc autem, ex nouo testamento, iam supra

pra ostensum est: ex veteri autem testamento patet primo ex Leuit. 23. Mense primo quarta decima die ad vesperā Pasche Dñi est, & quinta decima die mensis huius solennitas azymorum Domini est. incipiebat ergo solennitas azymorum in die decimo quinto: ille ergo erat primus azymorum: atq; idem dicitur Nu. 28.

Secundo, dies primus azymorum dicitur sollemnis & festiuus, in quo nullum seruuile opus agere licebat: eisdem locis, & Exo. 12. sed dies decimus quartus non erat festiuus, neque in eo necessario vacandum erat à seruilibus operibus, vt omnes Doctores antiqui, & moderni docent, exponentes verba illa Ioan. 13. Ante diem festū Pasche: nam ille dies festus erat decimus quintus, in quo mortuus est Christus: & dies qui illum præcessit, sine dubio nō erat festiuus, quia in tota illa celebritate Paschali tantum duo erant dies festiui: quorum vnus erat dies decimus quintus, & alter vltimus azymorum, vt patet aperte Leuit. 23. verbi paulo ante citatis, & aliis etiam locis sepe notatis. Vnde nulli legitur prohibitio operum seruiliū in die Lunæ decimæ quartæ: & ideo Mar. 14. legimus eo die dixisse Christum discipulis, Ite in ciuitatem, & occurret vobis homo lagenam aquæ baiulās, sequimini eum, &c. vsq; ad illud: Illic parate nobis: non ergo erat illo die prohibita opera seruilia: ergo non erat ille dies festus, quia sine vacatione ab opere seruili nō est dies festus, vt per se constat: & in specie notauit Iosephus 3. Antiquitatum, cap. 10. atq; in hoc conueniunt omnes auctores infra citadi: ergo sub hac voce, primus dies azymorum, nunquam intelligitur in testamento veteri Luna decimæ quarta: ergo initium azymorum nullo modo sumi potest à prima vespera Lunæ decimæ quartæ.

Tercio hinc plane sequitur: diem vigesimam primam non posse excludi à numero septem dierum azymorum, sed illam fuisse vltimam æque festiuam & celebrem ac primam: quia si dies decimæ quarta est prima, non possunt ab ea numerari septem dies, nisi includatur tota dies vigesimæ prima, vsque ad vltimam eius vesperam.

Ad has vero obiectiones respondent, diem decimus quintum non vocari in lege veteri primum azymorum, sed primum solennitatis azymorum: atque ita esse primum, non simpliciter in ordine azymorum dierum, sed solum quoad solennitatem & festiuitatem. diem vero septimum vtrāq; ratione vltimum esse: vocari autem septimum non in ordine ad priorem diem festum, sed in ordine ad primum diem azymorum simpliciter. Sed in his omnibus (quæ reuera omnibus expofitoribus contraria sunt) magna vis infertur Scripturæ: nam Exo. 12. sic scribitur, Septem diebus azyma comedetis, in die primo non erit fermentum in domib. vestris: vbi sine dubio dies primus absolute dicitur in ordine dierū azymorum: quia eorum tantum facta erat mentio, & non alicuius festiuitatis: & tamen de hac festiuitate proxime subiungitur, Dies prima erit sancta atq; sollemnis: in quibus verbis nō aliter sumitur dies prima, quam in precedentibus: tum quia est quedam velut repetitio eiusdem diei, & sanctificatio illius: tum etiam quia eodem modo dicitur statim dies septima, eadem; quæ in priori dierum numero septima erat: tum præterea, quia magna fuisset æquiuocatio: tum deniq; quia in illis verbis non potest vocari dies prima, ratione solennitatis & festiuitatis: quia nondū hoc statutum fuerat, sed illis eisdem verbis præcipiebatur: esset enim ineptissimus sensus, si ita diceretur: prima dies festiuæ erit vobis sancta & sollemnis: est ergo sensus: prima dies azymorum erit vobis sancta, atq; sollemnis: & dies septima similiter azymorū eadem festiuitate venerabilis. Id quod euidentius constat ex verbis Num. 28. Septem diebus vescentur azymis: quarum [vsq; prædictarum septem dierum] prima venerabilis & sancta erit: omne opus seruile non facietis in ea: ergo eadem, quæ erat prima inter

septem dies, erat festiuæ & sollemnis. Idem colligitur ex Leuit. 23. Ex quibus locis aliud conficio argumentū: nam ex prædicta interpretatione sequitur à primo die festo azymorum, vsque ad secundum diem festiuum, qui erat vltimus azymorum, tantum sex dies numerari: consequens est omnino falsum, tum quia generaliter, quando cuncti Iudæi solennitatem aliquam septem diebus celebrabant, primus & vltimus totius solennitatis erant festiui, vt patet de Scenopegia Leuit. 23. & Nu. 28. Eodem autem modo loquitur Scriptura de azymorum solennitate: tum etiam quia Leuit. 23. & lacius Num. 28. præcipiuntur varia sacrificia diebus azymorum perhicienda: & postea subiungitur, Ita facietis per singulos dies septem dierum: at vero certissimum est in die decimæ quartæ Lunæ, quando offerebatur agnus, nullum aliud sacrificium fuisse offerendum ad solennitatem azymorum pertinens, vt constat Exo. 12. & aliis supra citatis locis: ergo illa sacrificia incipiebant offerri in decimo quinto die, quæ propterea nondum comederant Iudæi, quando mortem Christi procurabant: & ideo de illis dixit Ioan. c. 19. Non introierunt prætorium, vt non contra minarentur, sed vt mädicaret Pascha. Igitur si illa sacrificia septem diebus erant offerenda, oportet, vt à decimo quinto die festiuo vsq; ad vltimum, septem dies integri numerentur: atq; adeo, vt totus vigesimus primus includatur.

Aliud præterea argumentum ex eisdem locis desumi potest: nam ex prædicta interpretatione sequitur, manipulum primitiarum fuisse offerendum tertia die azymorum: qui Leuit. 23. & Deut. 16. præcipitur offerri altero die à primo festo azymorum: si ergo ille primus dies festus nō erat primus azymorum simpliciter, sed secundus, sequitur, diem oblationis manipuli primitiarum fuisse tertium: consequens est plane falsum, vt constat tum ex omnium sententia, tum ex celebratione festi Pentecostes, quod post quinquaginta dies numerandos à die, in quo offerebatur manipulus, celebrabatur: constat aut ex die aduentus Spiritus S. necessarium esse eos dies numerare à secundo die azymorum, vt latius tractaui superiori tom. disp. 45. sect. 1. tum deniq; quia id expresse affirmat Ioseph. l. 3. Antiqui. c. 10. Ex quo loco tota doctrina à nobis tradita manifeste confirmari potest. Secunda (inquit) azymorum die, quæ est mensis huius decimæ sexta, frugibus demensis, & hætenus intactis incipiunt frui: æquumq; rati, Deum huius vbertatis authorem per gratitudinē honorari, hordei primitias offerunt in hunc modum, spicaru manipulum igni torrent, &c. Ecce vbi manipulu dicit offerri secunda die azymorū, item eam diem fuisse dicit, decimæ sextam mensis, q̄ non potuit vocare secundam azymorum in ordine festiuitatū: quia non erat festiuæ: ergo in ordine azymorū simpliciter: atq; ita in eodem sensu paulo antea quintam decimam diem vocauerat, azymorum festiuitatis primam, vbi festiuitatem azymorum, vocat, non tantum dies prohibitos à seruilibus operibus, sed absolute totum ritum azymorum: de quo subdit, Nam hoc festum priori (i. sacrificio agni Paschalis) cōtinenter succedit, duratq; dies septem, per quos panib. non fermentatis vescuntur, & per singulos dies tauri iugulatur duo, &c. Ex quibus verbis etiam confirmatur secunda ratio contra hanc expositionem facta: nam ex illis constat, septem dies azymorum per se numerari: in quibus omnib. propria sacrificia offerebatur, distincta ab agno Paschali. Satis ergo ex his omnibus constant omnia, quæ in hoc primo ec præcipuo fundamento nostræ sententiæ assumimus: scil. solum esse septem dies azymorum, numerariq; à prima vespera Lunæ decimæ quintæ, & simul cum eſu agni Paschalis incipisse: vnde sic consequens, tempus immolandi agnum fuisse posteriorem vesperam decimæ quintæ Lunæ, quæ proxime coniungebatur cum initio decimæ quintæ.

Secundo principaliter probatur nostra sententia

EX

ex verbis ipsiusmet legis, adiunctis his, quæ antecedunt, & sequuntur in 12. cap. Exo. Non enim (vt contraria opinio obiiciebat) antiqua hæc, & recepta doctrina fundatur in aliquo vulgari errore, aut circa significationem huius vocis (vespera) aut circa modum computandi dies Hebræorum. Admittimus enim dies Hebræorum, saltem ceremoniales (quod præsentis instituto satis est) incipere à vespera usque ad vesperam: & consequenter in quolibet die duas vespervas, priorem & posteriorem numerari posse, quamquam non omnino eiusdem rationis: Hebræi enim (vt citato loco præcedentis toni dixi) duas vespervas diei naturalis numerant. Vna, quæ est pomeridiana, maxime à tertia vel quarta hora post meridiem usque ad occasum solis: & hæc erat proprie posterior vespera, & finis diei ceremonialis. Alia vespera dici potest nocturna, ab occasu solis usque ad perfectas tenebras, in crepusculo scilicet noctis: & hæc erat proprie initium sequentis feræ, seu festiuitatis: & proprie non pertinebat ad præcedentem, nisi ratione cursus naturalis eiusdem diei. Quamuis igitur hæc omnia vera sint, nihil obstat, quo minus verba illa huius legis, (Immolabitque hoc diem vniuersa multitudo filiorum Israel ad vesperam) intelligenda sint de posteriori vespera decimæ quartæ Lunæ. Primo quidem, quia ibi iuxta veriorum interpretationem sermo est de vespera pomeridiana ante occasum solis, aut saltem illa præcipue includitur: nam est sermo de immolatione agni, quæ cœnam antecederat: & hæc ante solis occasum, vt ex Iosepho & aliis ostendi citato loco: ergo illa vespera necessario esse debet finis decimæ quartæ diei: nam alia similis vespera, quæ immediate antecesserat, erat pars decimæ tertie diei, non autem decimæ quartæ: quia nondum omnino inceperat: incipiebant enim festiuitates seu sabbatha ab occasu solis, vt ex Euangelio & sepultura Christi satis colligitur.

Dices, hinc sequitur, cœnam agni non solitam fieri decimæ quartæ Lunæ sed decimæ quintæ: quia fiebat post occasum solis, iuxta illud, Et edent carnes nocte illa affas igne. Respondetur, secundum computationem ceremoniale dierum ita esse: imo hoc satis aperte in ipsa lege continetur, nã de immolatione dicitur, debere fieri decimæ quartæ die ad vesperam: de cœna vero solum dicitur debere fieri nocte proxime sequente, nulla facta mentione decimæ quartæ diei: quia vero, de toto illo ritu, vt comprehendit immolationem & cœnam, tanquam de vna morali actione loquitur, quæ durante Luna decimæ quartæ inchoabatur: ideo, tam loquentes de immolatione, quam de cœna, solemus dicere: fieri solitam in vespera decimæ quartæ Lunæ, maxime, cum secundum naturalem cursum vtrique illa vespera intra eundem diem continetur, & hac ratione dicitur inferius in eodẽ capite, Quartadecima die ad vesperam comedetis azyma, cum tamen esset comedendum post occasum solis, & est optimum testimonium Leuit. 23. vbi prius dicitur, Decimo die mensis huius septimi, dies expiationum erit: affligetisque animas vestras in eo: & tamẽ infra subditur, Affligetis animas vestras die nono: & ad declarandum hanc diuersitatem additur, A vespera usque ad vesperam celebrabitis sabbatha vestra, ac si diceretur, ab illis duabus partibus, seu vesperis duos naturales dies fuisse numeratos.

Secundo argumentor, quia in toto illo capite illa particula, ad vesperam, adiuncta alicui diei significat posteriorem illius partem: ergo & in prædicta lege consequentiæ vis est in superioribus probata, & antecedens etiam ex dictis probari potest: nam ostensum est, in illis verbis, Decimæ quartæ Luna ad vesperam comedetis azyma, necessario esse sermonem de posteriori vespera: quia est sermo de azymo simpliciter, quod nõ incipiebat ante initium decimæ quintæ Lunæ. Item ostendimus, in illis verbis, usque ad diem vigesimam primam eiusdem mensis ad vesperam, etiã

intelligi posteriorem vesperam: quia in diebus azymorum necessario debet includi totus vigesimus primus dies: imo ad hoc significandum addita videtur illa particula, ad vesperam: nam si dictum tantum fuisset usque ad vigesimam primam diem in sensu exclusiuo, non oportuisset quicquam addere: quia ad attingendum vigesimum primum diem, necessarium erat attingere exclusiuè saltem primam vesperam eius, vt per se constat: addita est ergo illa particula, usque ad vesperam, vt significetur percurrendum fuisse totum vigesimum primum diem usque ad finem eius: quod etiã ipsa particula, ad, denotare videtur, vt patet etiam ex aliis locis Leui. 23. A vespera usque ad vesperam celebrabitis sabbatha vestra: & Gen. 30. Redeuertitque ad vesperam Iacob de agro, (id est, in fine diei) Iosu. 7. Cecidit in terram coram Arca Domini usque ad vesperam, & hæc est perpetua phrasis Scripturæ, vt vespera diei significet absolute finem diei, & fieri aliquid ad vesperam significat fieri in fine diei. Atque hinc sumo tertium argumentum: nam illa particula, ad vesperam, nõ sine causa addita est prædictæ legi in alius n. solemnitatibus, cum dies aliquis celebrari præcipitur, absolute id sit nulla determinatione facta: scilicet, quando sit mentio Phasæ, determinatur hora, scilicet, decimæ quartæ dies ad vesperam, vt patet in prædicta lege Exo. 12. & Leu. 23. Mensis primo, quartadecima die mensis, ad vesperam, Phasæ Dies est: & quintadecima die mensis huius solemnitates azymorum Dies est: & sic de cæteris diebus, qui ibi numerantur. Ratio autem huius nulla est alia, nisi quia in cæteris diebus integri dies ad talem celebrati, vel festiuitate pertinebant: aliqui quoque præcipiebatur totis illis diebus obseruandum, vt cessatio ab operibus seruilibus, vel ab itinẽtia à fermentato, vel aliquid simile: in die vero decimæ quartæ Lunæ nihil præcipiebatur, præter immolationem Phasæ, in vespera illius diei efficiendã. Vnde, vt supra dicebam, tota reliqua pars illius diei nec festiua erat, quia in ea non erant opera seruilia prohibita: neque ad dies specialium solemnitatum pertinebat, quia nulla specialis ceremonia in ea præcipiebatur, sed erat communis, sicut cæteri dies: ergo solum vesperinum tempus, & pars illius diei postrema sacra erat, & ad immolationem agni destinata.

Hoc argumentum late proponit Ribera supra 4. loco, quod dicit esse tam illustre ac validum, vt alia frustra requirantur: multaque erudite congerit in probando antecedente: in quo nullam rationem dubitandi inuenio: quia neque author præcipuus contrariæ sententiæ illud negat, neque vllus vnquam dixit (quod ego viderim) totum diem decimæ quartæ Lunæ esse festiuum: aut in eo fuisse opera seruilia prohibita: imo neque totum fuisse feriatum aut sacrum, ob aliquam ceremoniam ad totum diem pertinentem: nisi fortasse qui existimant, illum fuisse primũ diem azymorum simpliciter, quorum sententiã ostendimus esse improbabilem. Itaque certum est, tantum vnam vesperam illius diei esse sacram. Quod autẽ illa vespera fuerit secunda, & non prima (quæ est argumenti consequentiã) Ribera nõ probat, cum tamen, nec per se notum sit, nec necessariam connexionem habeat cum antecedente: vnde ad illam attendendã necessario vtendũ est argumento facto, quod Ribera in tota illa disputatione omittit, & mihi videtur esse capitale in hac materia, scilicet, quod si illa vespera decimæ quartæ Lunæ, quæ erat sacra, fuisset prima illius diei, cum tota reliqua pars illius diei non esset sacra nec ferialis, licet fuisset post illam vesperam, atque adeo post usum agni Paschalis redire ad fermentationem: quia nulla ceremonialis obseruantia erat præscripta: consequens autem falsum esse iam demonstratum est. Atque hoc modo potest eadẽ consequentiã probari ex Inno. III. lib. 4. de altaris mysterio, c. 4. & Abul. in 2. par. Defensorij, ca. 8. quos ibi Ribera citat, sed apertius ex Iosepho 13. Antiquit. ca. 10. in illis verbis, Nam hoc festum (sc. azymorum) prioris (id est, sacri-

sacrificio agni) continenter succedit, duratq; dies septem & c. nullum ergo tempus commune, seu non feriatum, intercedebat inter vesperam ad sacrificium agni destinatum, & festum azymorum: erat ergo secunda, & non prima. Quarto, ad hoc ipsum confirmandum expendenda sunt illa verba Exo. 12. Nec remanebit quicquam ex eo. i. agno, vsq; mane, & c. vbi sine controuersia illud, mane, significat matutinum tempus diei artificialis proxime sequentis post noctem, in qua comedebatur agnus. Addit autē Ioseph citato loco illum fuisse diem decimum quintum, Sacrificium (inquit) q; tunc exeuntes fecisse diximus, Pascha nominatum quotannis instaurare lege iubetur, celebramusq; illud per foedaltia, nihil ē victimis in sequentem diem relinquentes, quæ est quinta decima, & azymorum festiuitatis prima. Ergo nox immolationis agni immediate antecedebat lucē 15. diei. Atque ita intelligunt, mane, pro quo nihil de agno Paschali referuandum erat. Abul. supra Deu. 16. q. 1. & in eundem locum Exodi, q. 10. & 19. vbi Hug. Vict. & communiter reliqui expolitores.

Tertium argumentum directe opponitur tertio argumento contrariæ opinionis: nam de fide certum est, Christum mortuum esse in artificiali die proxime sequente post noctem, in qua cœnauit cum discipulis suis, & sacramentum Eucharistiæ instituit, vt constat ex narratione Euangelica, & ex illis verbis Canonis Missæ, Qui pridie, quam pateretur, accepit panem, & c. Sed Christus Dominus mortuus est Luna decima quinta circa vesperam: mortuus est enim iuxta veram doctrinam in die festo: ergo cœnauit agnum nocte decimum quintum diem inchoante: cœnauit autem legitimo tempore a lege prescripto, & ab omnibus Iudæis obseruato, vt dicta disput. 40. præcedenti. sectio. 3. ostendimus. Vbi sect. 4. minorem propositionem hic assumptam probauimus, scilicet Christum mortuum esse in die festo, idque auctoritate Sanctorum Patrum Græcorum, ac Latinorum confirmamus, quos hic repetere non est necesse: quibus Ribera addit Epiphani. lib. 3. contra hæreses, hæresi 70. & Chryl. Homil. 86. in Matth. Hefychium Leuit. 23. & Beda libro de ratione temporum, ca. 45. & Innocent. 4. de sacro altaris mysterio, cap. 4. affert etiam Eugubinum in duodecimum cap. Exo. referentem traditionem Hebræorum fuisse, decima quinta die mensis Nisan redumendum Israel in diebus Messia. Quomodo autem hoc ostendi possit ex Euangelio: quomodo item omnia, quæ à Iudæis facta sunt in morte Christi, rite in die festo fieri potuerint, eodem loco fuisse satis profecuti sumus, & alia Euangeliorum loca late explicuimus, & ideo in hoc argumento confirmando, & expediendo tertio argumento contrariæ sententiæ hic amplius immorari non oportet. Quod enim de concordia inter figuram & figuratum in eo argumento addebatur, nullius momenti est: quia non oportet, vt figura in omnibus circumstantiis conueniat cum figurato: satis ergo est, quod in tra eundem naturalem diem immolatio agni naturalis & typici peracta est. Eo vel maxime, quod illud sacrificium agni, non tantum fuit figura sacrificij crucientis Christi, sed etiam in crucientis Eucharistici. Vnde, cum hæc duo non fuerint in eadē diei hora oblata, non potuit per eandem figuram vtriusque sacrificij tempus exacte & quæ ad ipsam horam representari. Quod etiam in contrariæ sententiæ necessario fatendum est: nam, q; nos dicimus de die quinto decimo, comparato ad vesperam vltimam diei decimi quarti, ipsi necessario dicuntur de die decimo quarto, comparato ad præcedentem vesperam diem decimum tertium terminante. Ex his quæ hæcenus tractauimus, & confirmata sufficienter est nostræ assertionis veritas simulque expeditæ sunt prima, & tertia ratio contrariæ opinionis, quæ minoris momenti videbantur. Solum superest, vt tertiæ rationi, quæ principale fundamentum illius sententiæ continet, & non facilem difficul-

tatem habet, satisfaciamus: & nonnulla Scripturæ testimonia, quæ in ea attinguntur, exponamus. Duabus autem viis in hac re procedere possumus, primo contraria principia assumendo, totamq; rationem in nostræ sententiæ confirmationem retorquendo: Secundo ostendendo eam rationē non recte colligere: etiam si, quod assumit, concedatur. Priorem viam late persequitur Franciscus Ribera citato loco. Sicigitur argumentatur. Eodem ritu, eodemq; tempore immolabant agnum omnes Iudæi vsq; ad Christum: quo patres eorum illum immolarunt primo mensē, ac die, quo de Ægypto exierunt: sed hi in primâ institutione illius sacrificij obtulerūt illud in fine decimæ quartæ Lunæ, & nocte sequente agnum comederūt initio 15. Lunæ: ergo eodem modo postea actū est vsq; ad Christum. Minorē probo ex 12. Exodi: vbi prius dicit, Immolabit eum vniversa multitudo filiorum Israel ad vesperam: & paulo post subditur: Et comedent carnes nocte illa assasigni, quod necesse est intelligi de nocte, quæ immediate sequebatur, & cōiuncta erat cum vespera immolationis agni: tū quia nulla alia certa nox potest designari: tum etiam quia illud relatiuum, illa, demonstrat noctem iam presentem & inchoatam in illa vespera. Vnde de eadem nocte plane intelligitur, quod inferius additur: Et transibit per terram Ægypti nocte illa, percutiamq; omne primogenitum in terra Ægypti. Item quod infra dicitur. Factum est autē in noctis medio, percussit Dñs omne primogenitum in terra Ægypti: & infra: Surrexitq; Pharaon nocte, & infra, Vocatisq; Pharaon Moyses, & Aaron nocte, ait. Surgite & egredimini, & c. & infra, Vrgebantq; Ægyptii populum de terra exire velociter: & infra, Et fecerunt subcinericio panes azymos: neq; n. poterant fermentari cogentibus exire Ægyptiis, & nullam facere sinentibus moram. Quibus omnib. verbis, si recte ponderentur, per se satis verisimile fit, non potuisse Iudæorum egresione per diem integrū differri vsq; ad sequentem noctem, præsertim cum Ægyptii eos vrgerent dicentes Exite, alias omnes moriemur. Sed apertius hoc inferius declaratur, cum dicitur, Nox ista est obseruabilis Dñi, certe non alia, nisi ea, quæ toties in eodē capite fuerat repetita, de qua subditur. Quando eduxit eos de terra Ægypti, hanc obseruare debet omnes filij Israel in generationib. suis. Atq; hoc etiā est, q; Deut. 16. dicitur. Obserua mensē nouarū frugum, & verni primum temporis, vt facias Phasē Dño Deo tuo: quoniam in isto mēse eduxit te Dñs Deus tuus de Ægypto nocte. Quo loco negat contraria sententiæ sermonem esse de illa nocte, in qua Hebræi cœnauerunt agnum, sed de proxime sequente: hoc autē esse falsum tribus modis ostendo. Primo, quia Moyses in hoc loco alludit sine dubio ad historiam, quam in Exodo retulerat, sed ibi tantū fecerat mentionē noctis cœnæ agni, & non proxime sequentis, neq; vnquam dixerat, Hebræos fuisse eductos in sequente nocte, sed in Paschali: ergo de eadē loquitur in hoc loco. Secundo, quia supra manifeste ostensū est, noctem illam Paschalem proxime subsequitam esse lucem 15. diei, ex verbis illis Exo. Nec remanebit quicquam ex eo vsq; mane, addito testimonio Iosephi explicantis illa de mane 15. diei: si ergo citata verba Dei. intelligenda sunt de nocte subsequente post illū diē, sequitur Hebræos non fuisse eductos de Ægypto vsq; ad 16. diem, ad quem nox subsequens pertinebat, maxime iuxta fundamentum contrariæ sententiæ, quod omnes dies Hebræorum à principio noctis computandi sunt, hoc autē repugnat illis verbis Exo. In eadē enim ipsa die educam exercitum vestrum de terra Ægypti, id est, prima die azymorū, seu (quod idē est) decima quinta illi mensis. Vnde apertissime dicitur Num. 33. Profecti de Ramesse mēse 1. quina decima die mensis primi, & c. non ergo potest ille locus intelligi de nocte, quæ paschalem noctē subsequuta est, sed de ipsamet nocte paschali. Tertio, quia ibi est sermo de Phasē celebrando: ergo etiam est sermo

mo de nocte, in qua comedendum erat: ergo, cum redditur ratio, quia populus nocte de Aegypto egressus est, de eadem nocte est intelligenda. Ad hoc vero responderi potest ex Aloysio supra; illud Phasē, de quo ibi loquitur Moyses, non esse agnum Paschalem, sed sacrificium aliud, quod singulis diebus azymorum offerri praecipiebatur ad vesperam in gratiarum actionem, & memoriam beneficii suscepti liberationis de Aegypto, quod sane videtur valde verisimile ex ipso textu, nam statim dicitur, Immolabisque Phasē Domino Deo tuo de omnibus & de bobus in loco, quem elegerit Dominus Deus tuus, ut habitat nomen eius ibi, nam agnus Paschalis non erat offerendus de bobus, & tamen illud Phasē dicitur immolandum de bobus. Item agnus Paschalis non necessario erat in templo immolandum, sed in priuatis domibus. hoc vero Phasē tantum in templo. Item agnus non coctus, sed assus comedebatur, de hoc aut dicitur: Coques & comedes in loco quem elegerit Dominus. Tandem agnus praecipuus est offerri in memoriam transitus angeli percutientis, & non egressus de Aegypto, hoc vero Phasē immolari praecipitur in memoriam egressus de Aegypto. Unde multi ex hoc loco Deut. 16. colligunt, nomen Phasē, non tamen agnum, sed etiam alia sacrificia paschalia significare, & iuxta illum interpretatur: alium locum loc. c. 18. ut non contaminarentur, sed ut manducarent Pascha. Tolet. 10. 13. annotat. 3. & 5. Idemque fecuti sumus dicto priori tomo disp. 40. sect. 2. cum Aug. q. 24. in Deuter. Respondetur, negari non posse, quod in hoc loco aliquid aliud praeter Paschalem agnum significatum sit, ut argumenta probant, August. etiam teste citato loco: tamen non propterea negandum est, ibi etiam esse sermonem de agno Paschali, quod significauit Aug. dicens, boues ibi commemoratos esse propter alia sacrificia illorum dierum, significans oues esse positas propter agnum Paschalem. Et coniectura esse potest, quia, cum ibi fiat quaedam commemoratio totius solemnitatis paschalis, non est probabile, praetermissum fuisse solemne illorum dierum sacrificium, recte ergo intelligi potest in prioribus verbis (Observa menses nouarum frugum, ut facias Phasē) sermonem esse de agno Paschali: in sequ. autem verbis, Immolabisque Phasē, adiungi aliud Phasē illorum paschalium sacrificiorum, vel certe in toto capite in communis sumi, ut comprehendit vtrumque. Quod potest factis confirmari ex verbis illis: Et non remanebit de carnis eius, quod immolatum est vespere in die primo usque mane: quod singulariter dictum est de agno. Exodi 12. de aliis autem sacrificiis hoc non legitur. Num. 28. aut Leuit. 23. & ideo addita videntur illa verba, ut non de quocumque Phasē, sed de illo, quod immolabatur vespere primi diei azymorum, intelligatur, illud autem erat agnus Paschalis. Praeterea subditur ibidem: Non poteris immolare Phasē in qualibet urbium tuarum, sed in loco quem elegerit Dominus, &c. Ex quo loco omnes colligunt, sacrificium agnus Paschalis non potuisse extra Hierusalem offerri: id enim & in Evangelio indicatur, & ex traditione & consuetudine Hebraeorum constat, & docent Ribera, & Tolet. supra & Ians. c. 129. Concordia, & omnes: nullus est autem locus in Testamento veteri, ubi hoc praecipitur, nisi in praesente: ergo illud praecipitur Deut. 16. comprehendit Paschalem agnum. Et ideo etiam videtur Scriptura illo verbo (Coques) quod generale est ex vi suae significationis, siue res solo igne assa sit, siue aqua cocta. Ad idemque propter eandem causam generalis ratio redditur ex beneficio recepto liberationis ab Aegypto: quomodo dixit D. Tho. 1. 2. q. 100. art. 5. ad 2. celebrationem Phasē fuisse propter beneficium praeteritae liberationis ex Aegypto. Idem q. 102. art. 4. ad 10. & art. 5. ad 2. Quocirca licet rationes prius factae ostendant, illud Phasē alia sacrificia praeter agnum Paschalem comprehendere, non tamen probant non esse etiam ibi sermonem de agno Paschali. Et hoc satis est ad vim argumenti facti, nam priora verba sine du-

bio intelliguntur potissimum de agno Paschali, & consequenter de ipsa nocte, in qua, & primum immolatum est, & populus ex Aegypto liberatus. Quarto hoc ipsum confirmatur ex illis verbis eiusdem Exodi. 12. Nec remanebit quicquam ex eo usque mane, adiuncta obseruatione Abulen. Leu. 23. q. 6. & Deut. 16. q. 1. ideo hoc illis fuisse praecipuum, ut significaretur, eos magna festinatione manere exireturos. Quod significauit Ioseph. li. 2. antiquit. c. 5. dicens: Peracta cena reliquias carnis exusserunt tanquam exituri. Quinto addere possumus illud Num. 33. Profecti de Ramesse in mense primo, in quinta decima die, altera die a Phasē. Vbi dies significat mane illud insequens nocte Phasē, ad eum modum, quo Io. dixit c. 13. Ante diem festum Paschae. Sexto tandem ita historiam hanc intellexerunt Hieron. Ose. 3. Beda lib. de temporum ratione, c. 61. & Abulen. supra, & omnes expositores in Exodum: & significat D. Tho. 1. 2. q. 102. art. 5. ad 2.

Ex quibus autoribus & ex testimoniis adductis, colligimus, filios Israel egressos fuisse de Aegypto, noctu quidem, ut aperte dicit Scriptura, non tamen in initio noctis, sed potius prope tempus matutini, ita ut hac ratione dici etiam possint egressi matutino tempore, seu mane diei decimae quintae, ut loquuntur etiam praedicti Patres. Et ideo nihil etiam contra hoc obicit praecipuum illud: Nullus vestrum egredietur ostium domus suae usque mane, Exod. 12. tum quia proprie dici possunt mane exiisse, quia prope diem exierunt, tum etiam, quia recte exponitur, eis fuisse praecipuum, ut non exirent, donec transfacta media nocte, prope mane, Deo ita disponente, vocarentur, & exire compellerentur. ut significat Rupert. lib. 2. de Trin. c. 18. Caiet. & alij expositores in Exod. Maiorem difficultatem habent illa verba Deut. Immolabis Phasē ad solis occasum, quando egressus es de Aegypto. Sed haec per priora sunt interpretanda, nam quod prius dictum fuerat (nocte) postea comprehenditur sub solis occasu, nox enim ex occasu solis praecipitur, eo vel maxime, quod aduerbium illud (quando) non oportet, ut determinate designet eandem horam, sed eandem noctem, quae a vespertino tempore recoli & honorari incipiebat, ac si nunc diceremus venerari nos vespere resurrectionis, quando Christus resurrexit: atque ita satisfactum est ad omnia testimonia Scripturae, quae in illo fundamento adducuntur: Testimonium autem Iosephi iam est ad nos expositum in cit. loco praecedentis tomi: nam verba Graeca non habent, illucrescente, seu, appetente decima quarta die, quae inchoationem diei significant, sed, adstante, aut potius cum venisset decima quarta dies, quae verba nihil veritati obstant, quia, quod fit in fine cuiuscumque diei, recte dicitur factum esse, postquam dies ille aduenit, seu existente tali die. Atque eodem modo corrigendum est, quod ex Zonara in Chronicon, idem author adducit, quod dicat filios Israel egressos esse de Aegypto, decima quinta die, oriente Luna, quae eo tempore, scilicet in plenilunio in principio noctis oritur. Non enim ita vertendum esset, se decimo quinto Lunari, sicut enim ait: *πεμπτην ημεραν ην η σελήνη ην οσολοιτο*, i. quinta decima secundum Lunam, id est, secundum Lunarem dierum computationem, vel, si quis interpretetur secundum Lunam, id est, illuminante Luna, non est necesse intelligi de ortu Lunae: sed de toto tempore noctis, quo Luna lucet, praesertim in plenilunio. Ad coniecturam vero vitiam respondetur, non fuisse necessarium integrum diem, ut post esum agni, & Aegyptiorum clamorem, & vehementem commotionem ob primogenitorum interfectionem congregarentur in Ramesse, quia, admonitione & providentia Moyses, ante finem decimae quartae Lunae omnes iam erant congregati in Ramesse, ibique per sodalitia distributi: quod significauit Ioseph. lib. 2. Antiq. c. 5. dicens: Ille vero (id est, Moyses) instruitos prius ad profectiōem & per sodalitia distributos in vno loco continebat. Loquitur autem de proximis diebus ante decimam quartam

quartam Lunam. Si ergo hoc verum est, facile intelligitur, statim sine vlla mora potuisse omnes egredi eadem nocte, summo mane, ex eodem loco. Imo significat ibidem Ioseph, tunc etiam Ægyptios dona dedisse Hebræis, Donis, inquit, Hebræos honorabat, alij quo ceterius discederent, alij propter vicinitatis consuetudinem. Vnde etiam tunc impleri potuit, quod de vasis aureis, & argenteis Scriptura dicit, quanquā facilis videretur, quod Aug. dicit. qu. 45. in Exodum, ante decimam quartam diem petiisse Hebræos ab Ægyptiis vasa aurea & argentea.

Aliqui tamen fortasse hoc vltimum difficile creditu videbitur, scilicet, ante decimum quartum diem congregasse Moysen omnes filios Israel in vnum oppidum Ramesses: primo, quia licet Iosephus significet id, tamen in hac re non cogimur illi credere, sicut in multis alijs, quæ hætenus adduximus, quæ suo tempore feruabantur, quorum ipse poterat esse testis oculatus, hæc autem erat historia, quæ longe ante eius tempora præcesserat, quam non potuit, nisi ex Scriptura elicere, in Scriptura autem nulla huius rei mentio fit, imo, si attende legatur. 12. c. Exo. videtur significari oppositum in illis verbis. Nullus vestrum egrediatur ostium domus suæ vsq; mane: quibus significatur vsq; ad esum agni omnes in proprijs domibus permansisse, quod in sequentibus etiam sapius significatur. Et saltem certum est, eos tunc non habitasse in tabernaculis, vel tentorijs, sed in domibus. Vnde Hier. Epi. 12. ad Babylam dicit, filios Israel in Sochoth primum tetendisse tabernacula: non est autem verisimile, domos, quæ erant in Ramesse, tantam hominum & familiarum multitudinem capere potuisse. Ad demq; difficile creditu est, Pharaonem, & Ægyptios, qui egrediendi facultatem dare Hebræis volebant, imo neq; ad laboribus & operibus eos vacare sinebant, permisisse, illos homines in locum vnum congregari, vt vel discederent, vel arma fumere tentaret, alterutrum enim facile timere poterant.

Propter has coniecturas (quæuis alius fortasse modis expediti possint) probabile sit ante cenam agni filios Israel non mutasse habitacula, neq; aliquod publicum signum profectiois dedisse. Vnde consequenter dicendum est (persistendo in responsione, quam profequimur) non fuisse prius vniuersum populum Israel in vnum locum congregatum, vt inde iter inchoaret, sed statim decima quinta die illucescente, summo mane, cogentibus Ægyptiis, omnes de domibus suis fuisse egressos, & iter Sochoth versus arripuisse, quia ita fuerant à Moysè præmoniti, & præparati. Quod autem Num. 33. dicitur profecti de Ramesse, altero de duobus modis exponendum est, scilicet, vel ibi Ramessen non significare ciuitatem aliquam, sed regionem, quæ eadem erat cum terra Iessen, vt colligi potest ex Gen. 47. vbi prius dicitur, dixisse Pharaonem Ioseph. Terra Ægypti in conspectu tuo est, in optimo loco fac eos habitare, & tribue eis terram Iessen: & tamen infra subditur, Ioseph vero patri, & fratrib. suis dedit possessionem in Ægypto in optimo terræ loco Ramesses, vt p̄ceperat Pharaon: & postea subditur. Habitauitq; Israel in Ægypto in terra Iessen, & possedit eam: in quib. locis terra Iessen & Ramesses pro eadem regione accipi videntur, & in Exo. c. 1. additur, filios Israel edificasse vrbes tabernaculorū Pharaoni Phiton, & Ramesses: prius ergo videtur regio vocata Ramesses, & ab illa ciuitas postea edificata nomē accepisse, non est ergo necesse in dicto loco Num. accipi pro ciuitate, sed pro regione. Vel certe, et si dicamus, Ramessen solum significare ciuitatem vel oppidum, quod ante aduentum Hebræorum parum erat in ea regione, & ab eis postea in ciuitatem edificatum est, dici potest, Israeliticum populū fuisse profectum ex Ramesse, quia ciuitas illa: vt author est Hieron. in extremis Ægypti finib. erat, & ita omnes statim illuc confluere cœperunt, vt ex Ægypto egredierentur, quod magis in sequente responsione declarabitur.

Franc. Suarez. Tom. 3.

Vltimus ergo modus satis faciendi omnibus difficultatib. esse potest, vt simpliciter concedamus prioris sententiæ; populum Israel fuisse congregatum in Ramesse, vt inde simul exiret: id enim significat Scriptura, & aperte confirmat Hieron. dicta Epist. mansionem prima, his verbis. Ad hanc urbem populus congregatus est, qui in desertum exire cupiebat. Concedo etiam hanc populi congregationem factam esse post esum agni propter coniecturas adductas. Vnde dicendum est, cœptam esse noctu prope horam matutinam, perfectam vero post aliquot horas diei, vt prima etiam sententia concedit. Nihilominus tamē dicendum est, illum diem, in quo hæc congregatio facta est, non fuisse decimam quartam Lunam, sed decimam quintam: nam in initio lucis illius diei cœperunt exire de domibus suis, & tendere in Ramessen, illuc autem congregari sunt ad meridiem, vel paulo post, vbi aliquantulum requieuerunt, & primam mansionem fecerunt, vt Hieronymus numerat, & postea ad occasum solis, priusquam decima quinta dies omnino abfolueretur, egressus est populus de Ramesse, & hoc modo omnia sunt facilia, nec quicquam reperio, quod huic modo dicendi & describendi re hanc, repugnet. Vnde sit liberationem, seu egressionem populi de Ægypto computari posse, vel ab eo tempore, quo perturbati Iudæi exire cœperunt de domibus suis, compellentibus Ægyptiis: vel ab eo tempore, quo ordinate iter agere cœperunt, priori modo terminus à quo illius egressionis dicenda est terra Iessen, seu Ægypti: posteriori autem modo dicitur fuisse Ramesses. Item priori modo propriissime dicuntur, nocte egressi, posteriori vero propriissime ad occasum solis: vtrumq; autem factum est decima quinta die, quia nox illa, & vespera, eiusdem diei decimæ quintæ fuerunt. Actandem, quando liberatio populi ab Ægypto narratur in Scriptura, vt maximum beneficiū illi populo factu, propriissime dicitur noctu accidisse, quia tunc reuera fieri cœpit, quando filij Israel cœperunt egredi de domibus suis, & iter inchoare, non furtim, & occulte, sed publice, & libere: ipsis etiam Ægyptiis consentientibus, imo & cogentibus, quando vero narratur historia illius itineris, & mansiones filiorum Israel, & modus, quo egressi sunt de Ægypto per turmas suas, dicitur egressi de Ramesse, & ad occasum solis: & sic etiam propriissime intelligi potest illud Num. 23. Altera die à Phafe: id est, ab immolatione agni paschalis: quia reuera ante vnum naturalem diem in fine decimæ quartæ Lunæ ad occasum solis fuerat immolatus. Atq; hoc modo expediuntur facillime omnia testimonia, quæ in fundamento contrariæ sententiæ adducta sunt. Relinquitur ergo, Christum Dominum Eucharistiæ sacramentum instituisse hora noctis, inchoata iam decima quinta Luna: superest, vt de hora, in qua institutum est, magis in particulari dicamus.

## SECTIO II.

*An hoc sacramentum sit institutum, ante, vel post lotionem pedum.*

**V**T hæc res explicetur, supponendum est, Christum in illa nocte duplicem vel triplicem cenam egisse cum discipulis suis. Prima fuit cœna agni, quæ potest dici legalis, vetus, seu figuratiua. Secunda fuit communio huius sacramenti, quæ potest dici cœna mystica & noua. Tertia cœna dici potest communis seu vsualis, quas statim ex Euangelij comprobabo. Prius ergo, quam præsentem questionem respondeam, explicare oportet ordinem temporis, qui fuit inter lotionem pedum, & duas alias cenas, legalem, & vsualem.

In qua re inuenio, quinque posse esse dicendi modos. Primus est, Christum lauisse pedes discipulorum, ante inchoatam omnem cenam, etiam legalem, & consequenter ante institutum hoc sacramentum, quia,

quia, vt infra probabim<sup>9</sup>, institutum fuit, peracta legalis cœna, & videtur posse hoc colligi ex Ioan. 13. vbi post lotionem pedum dicitur Christus recubuisse ad cœnandum, & dixisse postea illa verba. Qui manducet mecum panem, & postea dedisse Iudæ panem intinctum, quod est signum, tunc durasse cœnam, deinde, quia Ioannes ibidem dicit se recubuisse inter cœnandum super pectus Iesu: constat autem ex eodẽ loco, hoc factum fuisse post lotionem pedum. Hæc vero sententia mihi non probatur, quia idem Ioannes eodem 13. capit. expresse dicit, Et cœna facta, & c. iac postea describit lotionem pedum. Verum est, D. Augustinum ibi, quem Beda, & D. Tho. ibidem sequuntur, exponere, cœna facta, id est, iam parata, & mensa structa, cibis appositis, & iam sedentibus omnibus, qui cœnaturi erant. Sed reuera expositio est contra proprietatem & vim illis verbi, vnde, cum nihil sit, quod nos cogat ad sic exponendum, persistendum est in proprietate literę, iuxta commune, n. regulam Augustini, quem non existimo nobis esse contrarium in hoc loco, sed vel non fuisse locutum de cœna legali, vel non intellexisse, cœnam nullo modo fuisse inchoatam, sed non fuisse omnino absolutam, quod cõstat ex eodem, tract. 55. in Ioan. de quo etiam, quomodo sit intelligendum, statim dicam.

*Reiciunt.*

*S. August. Beda D. Thom.*

*2. Opinio.*

*Improbatur.*

*Exod. 12.*

*3. Opinio.*

*S. Cyprian.*

*Refutatur.*

*Luce 22.*

Secund<sup>9</sup> modus dicendi est, lotionem pedum factam esse, inchoatam iam cœna legali, nondum vero finita, cui videtur fauere illud verbum Ioseph. Surgit à cœna. Sed neq; hoc mihi placet, tum quia non est mihi verisimile, etiam agni, q̄ erat sacramentum & sacrificium quoddam, interruptum esse per quãdam actionem nihil ad illud pertinentem, tum præterea, quia Exod. 12. præceptum erat, Et comeditis festinantes, quod non seruasset Christus, si in lauandis pedibus immoratus esset.

Tertius modus dicendi esse potest, Christum lauuisse pedes discipulorũ post finitam omnem cœnam. Que sententia sumitur ex Cypriano (si ipse est author libri de Cardinalibus Christi operibus) sermone de ablutione pedum, quatenus ibi dicit, Christum post institutum hoc sacramentum lauuisse pedes discipulorum: imo etiam postquam Iudas inde discesserat, discessit autem, finita iam cœna, vel in hinc illius, vt ex cap. 13. Ioan. colligitur: & hanc etiam sententiam necesse est asserere eos, qui nihil distinguunt inter cœnam legalem, & vsualem, suppositis his, quæ contra primam, & secundam sententiam dicta sunt. Sed hæc sententia nullo modo stare potest, quia non solum non habet fundamentum in Euangelio, nam illud verbũ, cœna facta, satis intelligitur de cœna legali, sed etiam pugnat cum Euangelio, ex quo euidenter constat duo, primum est, ad fuisse Iudam, quando Christus lauit pedes discipulorum, vt constat ex illo verbo, q̄ Christus dixit, cum accederet ad lauandum Petrum, Vos mundi estis, sed non omnes, & addit Ioã. Sciebat enim, quis traderet eum, propterea dixit, non estis mundi omnes, aderat ergo Iudas, nam ad præsentem loquitur, & ita omnes Patres in hoc consentiunt. Secundum est, post lotionem pedum iterum Christum recubuisse, & cœnasse cum discipulis suis, quod conuincunt verba, quæ ex Ioan. 13. ponderauimus in fauorẽ primæ sententię. Vnde hoc argumento conuincimus, præter cœnam legalem, quæ antecessit lotionem pedum, egisse Dominum cœnam vsualem post dictam lotionem. Neq; enim dici potest, ea, quæ de cœna narrantur post lotionem pedum, pertinere tantum ad cœnam mysticam, seu institutionem huius sacramenti. Primo quidem quia, vt ex Luc. 22. colligitur, in illa posteriori cœna dixit Christus, Veruntamen ecce manus tradentis me, mecum est in mensa, quæ verba non possunt intelligi de sacramentali cœna, sed de vsuali. Secundo, quia signum illud proditoris, quod Christus dedit, Ioan. e. 13. Cui intinctum panem porrexero: datum est in posteriori illa cœna post lotionem pedum, cuius argumentum est, quia conti-

nua exiit Iudas, vt Ioannes narrat: vnde nõ potuisset adesse lotioni, nisi esset iam facta, ille autem panis intinctus non erat Eucharistię sacramentum, vt sequenti dubio ostendim<sup>9</sup>, sed panis communis: ergo durabat tunc cœna vulgaris, & adhuc erat in cœna panis, & ius, vel aliquid simile, quo posset intingi: ergo necessario concluditur, lotionem pedum factam esse, antequam esset omnino finita cœna vsualis.

Qui negant vsualem cœnam, respondent, Christum dedisse Iudæ buccellam intinctam, non quia tunc cœnarent, sed quia ex præterita legali cœna adhuc super mensam erat panis & vinum, vel condimentum aliquod, in quo posset panis intingi, incredibile enim videtur, toties eadem nocte Christum cum discipulis cœnasse, præsertim, cum ea nocte grauissima essent illi negotia peragenda, ac pertractanda, cumq; discipuli omnes mœsti essent, eo quod scirent, Christum ea nocte morti esse tradendum. Deniq; quia esus agni ad cœnam noctis refectioem sufficiens videbatur. Sed nihilominus, si attente legatur, & ad improprios & incongruos sensus non tradatur, quæ Ioannes scribit, cap. 13. negari non potest quin Christus cum discipulis post lotionem pedum adhuc cœnauerit. Vnde, cum ostensum sit, cœnam legalem fuisse finitam ante lotionem pedum, sit, cœnam vsualem postea peractam esse, nam de mystica cœna Ioannes nihil scribit, neq; ad illam accommodari possunt, quæ dicit. Assumptum patet primo ex illo verbo, Cum recubisset iterum, scilicet, post finitam lotionem pedum, quod proprie significat, iterũ ad mensam sedere vel accumbere. Deinde, quod id fuerit ad comedendum iterum, patet ex verbis illis. Sed vt adimpleretur Scriptura, qui manducet mecum panem, leuabit contra me calcaneum suum. Quæ verba non sunt dicta à Christo, vt relata ex Scriptura, quia nullibi habentur illa verba in veteri testamento, sed dicta sunt ad significandum id, quod tunc fiebat, tunc ergo manducabat cum illo panem is, qui statim erat illum traditurus, & illo facto implebatur, quod Psal. 40. scriptum erat, Qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem. Tertio, quia infra dicitur, tunc recubuisse Ioannem in sinu Iesu, dicit autem idem Ioannes infra, c. 11. se recubuisse in cœna super pectus Iesu. Quarto, ex signo illo, quod postea dedit Christus, panis intincti, quia nisi actu comederent, non erat illud signum facti apum & vrbani, neq; verisimile est, mansisse ibi tantò tempore post cœnam, panem, & ius aliquod: & ita omnes Patres, qui exponunt hæc verba, pro comperto habent tunc durasse cœnam. Deniq; nisi ita dicitur, non possunt exponi commode alij Euangelistæ, qui dicunt, Christum inter cœnandum instituisse sacramentum hoc: quia si prius omnino absoluit cœnam, & postea interposuit lotionem pedum, quomodo dici potest fieri inter cœnandum, quod post lotionem pedum factum est, si post illam nihil cœnatum est? Nec mirum est, tunc Christum cœnasse cum discipulis vsu communis, tum quia vnus agnus non erat tredecim hominibus sufficiens: tum etiam, quia nihil sine causa omittere voluit, ex iis, quæ agere solebat; nulla vero tunc occurrebat causa, quia inter cœnandum intrabat discipulos, & non impediatur, sed potius occasionem & opportunum tempus expectabat patied. Ac deniq; fieri potuit, vt tam ipse, quam discipuli ea refectioe corporali indigerent, ad sustinendos eius noctis, ac sequentis diei labores.

Quartus modus est, lotionem factam esse post inchoatam cœnam vsualem, & antequam esset finita. Hanc sententiam tenent aliqui graues expositores Ioannis ex recentioribus, & fundatur solum in illo verbo Ioannis, Surgit à cœna, inde etiam colligitur, Christum non stando, sed discumbendo cœnasse, quando surrexit ad lauandis pedes, ergo signum est, illam non fuisse cœnam legalem, sed vsualem, nam vsuatus modus prandendi seu cœnandi eo tempore

SECTIO III.

Vtrum hoc sacramentum institutum sit, postquam Iudas a caena discessit, vel illo presente.

D. Thomas.

Quaestionem hanc attigit D. Tho. infra q. 81. art. 2. Sub alio titulo, An Christus Communicauerit Iudam: quam tractat etiam in 4. d. 11. q. 3. art. 2. & ibi alij Scholastici, sensus vero in idem redit, supponimus n. si Iudas adfuit institutioni, & communioni aliorum Apostolorum, etiam illi communicatum fuisse hoc sacramentum: quia peccator occultus non excluditur a publica communione huius sacramenti, vt docet Eugenius Papa statim citandus, & omnes Scholastici, & dicemus q. 80. Quod ergo nunc queritur, an Christus sapienter expectauerit Iudae discendum ad tanti mysterij institutionem & communicationem, quam quaestionem hoc loco praemitto, quia est ad intelligendam sequentem, & totum ordinem caenae necessaria.

Statu quaestioni.

Prima ergo sententia est, fuisse Iudam absentem quando Christus instituit hoc sacramentum, ita Hilarius can. 30. in Matth. & Rupert. lib. 10. in Matth. in fine, & Theophyl. Matt. 26. Innoc. lib. 4. de hoc mysterio. cap. 3. Tacianus in harmonia Euangel. & habetur haec sententia, apud Clementem lib. 5. Constitut. ca. 16. vbi aperte negat Christum communicasse Iudam, citatur etiam pro hac sententia Hieron. li. 2. contra Iouinian. & Epit. 256. q. 2. & Dionys. c. 3. de Ecclesiast. Hier. in principio, cuius verba e Graeco reddita haec sunt. Et ipse auctor symbolorum iustissime separatur eum, qui non sicut ipse, nec pari morum similitudine sacra concenauerat, docens bene, sancte, & prout Deum decebat, quod verus & cu virtute accessus ad sacra donet accedenti commutatione ad eum, qui est tibi similis. Quae verba sic interpretatur Turrianus. (qui in scholio ad dictum locum Clementis hanc sententiam constanter defendit) quod Christus separauerit Iudam, ne communionis corporis sui fieret participes, q. eo non sancte, sed simulare, & sicte adfuerat cum illo ad comedendum sacra: i. e. paschalem agnum, qui sacramentum, & sacrificium antiquae legis erat. Et confirmat Turrianus hanc sententiam, quia Christus duplici signo manifestaui peccatum Iudae. Primo, quando illi interroganti, Nunquid ego sum? Respondit. Tu dixisti. Secundo, quando dixit Iohanni. Cui intinctum panem porrexero, & c. ergo non est verisimile illo presente institutum fuisse hoc sacramentum, alias oportuisset illum a communione excludere, quia iam erat agnitus peccator. Hilarius aliam adducit confirmationem, quia CHRISTVS dixit discipulis. Bibite ex hoc omnes: non bibam a modo de hoc genimine vitis, donec illud bibam vobiscum nouum in regno Patris mei, sed nunquam postea cum Iuda bibit: ergo nec tunc illi ad libandum dedit. Aliter explicat hanc sententiam Origen. Ioan. 13. putat enim panem intinctum, quem Christus Iudae dedit, fuisse Eucharistiam, tamen Iudam, illum non comedisse, sed accepisse tantum in manus, ibique reliquisset, ac subito discessisse. Secunda sententia dicit, Christum communicasse Iudam, quando illi dedit buccellam intinctam, Ioan. 13. quam videtur indicasse Cyril. li. 9. in Ioan. c. 19. & Augu. lib. 5. de baptis. c. 8. Cyril.

Origenes.

2. Sententia.

Augu.

Dicendum vero primo est: Christum Dominum instituisse hoc sacramentum presente Iuda, illumque cum aliis communicasse. Haec est sententia D. Thom. & communis Scholasticorum dicta d. 11. & probari potest primo ex ordine narrationis Matth. & Marc. Dicunt enim discubuisse Christum cum duodecim: & conuenerunt illis, nimirum duodecim, accepisse panem & instituisse hoc sacramentum. Apertius tamen vel (vt Augustinus dicit) euidentissime hoc videtur dicere Lucas, cum enim dixisset, discubuisse Christum cum duodecim & consecrasse ac dedisse illius mysteria, subdit, inter praebendum sacramentum addidisse: Veruntamen ecce manus traditis me, mecum est in mensa, erat ergo praesens Iudas: & illa particula, Veruntamen,

Q 9 2 men,

erat discubendo, vt colligitur ex Esther 1. & Tob. 2. at vero in cena legali, oportebat stare, tanquam paratos ad agendum iter, vt colligitur ex Exod. 12. & docet Gregor. Nissen. lib. de vita Moysis circa medium, & significat Philo Iudaeus, lib. de Sacrificio Cain & Abel, circa medium. Est haec sententia probabilis, mihi tamen suaderi non potest, quia difficile creditur est, Christum interrupisse aliquam cenam ad lauandos pedes: est enim hoc praeter omnium hominum consuetudinem, & nescio, quid habet inurbanitatis, cuius nulla ratio moralis vel figuralis asserri potest, quae probabilis sit. Vnde Chryso. hom. 82. in Matth. expresse dicit, Christum ante cenam lauasse pedes discipulorum, & Iudae: quod necesse est intelligi de cena vsuali, nam de legali non potest, vt dixi. Quod si quis velit intelligere de cena mystica, a fortiori sequitur, quod intendimus, nam haec fuit post lotionem pedum, vt statim dicam. Deinde coniectura illa non est sufficiens, quia valde probabile est, Christum discubuisse in cena legali. Primo, quia hoc significant Mattheus, Marcus, & Lucas, dicendo, recumbentibus illis, accepisse Iesum panem. Secundo, quia in Exodo non erat praecipuum statim ad comedendum agnum, caremonia autem non praecipua non cadit sub obligatione, imo nec verisimile est fuisse aditum, sed communi more solitos fuisse cenare. Tercio, quia Amb. super 15. cap. Lucae, dicit, in cena legali Ioannem discubuisse in sinu Iesu ceruice reflexa, quod non potuisset fieri, si stare. Et Chryso. hom. 69. in Ioan. dicit, Christum non prius lauasse pedes discipulorum, quam cum eis discubuerit, quod necesse est intelligi de cena legali: ne contradicatur, quae dixerat Hom. 82. in Matth. vt vidimus, & ita hanc sententiam tenet Iansenius & Caesar Baronius in annalibus in 34. anno, & alij, quamuis, etiam si admittamus itantes cenasse agnum, dici posset, postea discubuisse ad cenam vsualem: prius vero, quam illam inchoassent, admonuisse forsate Christum discipulos de mysterijs, quae pericere antea volebat, & tunc surrexisse ad lauandos pedes eorum, cena quidem instructa, & parata, nondum tamen inchoata, accommodando expositionem Augustini supra relatam, & ita etiam intelligi potest Chryso. tomus vltimo loco citatus.

Restat igitur, vt verus sit quintus modus: iuxta quem breuiter dicendum est primo, Christum inter vtraque cenam lauasse pedes, scilicet, legali, & non inchoata vsuali. Hoc concluditur necessario ex dictis, & illius forte literalis occasio, fuit consuetudo illius temporis, & regionis, in qua ante comune conuictum hospitibus pedes lauabatur, quod non fiebat in cena legali. Moralibus autem ratio fuit, vt nobis Christus daret exemplum, sicut ipse dixit: figuralem statim reddemus.

Secundo enim dicendum est, lotionem pedum factam esse ante cenam mysticam seu institutionem huius sacramenti. Ita docent super Ioannem D. Tho. super Matth. Euthymius & Lyra, & alij expositores, expresse Damasc. lib. 4. cap. 14. & idem sentit Augustinus in locis supra citatis, Ambrosius & Bernardus. Statim citandi, quod non potest ex Euangelio aperte conuincit, ostendemus autem statim, institutionem huius sacramenti factam esse, vel inchoata cena vsuali vel certe proxime ante illam, ex quo potest haec assertio concludi. Ratio mystica seu figuralis est, quia illa lotionem pedum voluit Christus Dominus significare mundationem animae, quae ante summptionem huius sacramenti praemittenda est, vt docuit Ambrosius lib. de ijs, qui inchoantur. cap. 6. & lib. 5. de sacram. ca. 5. Bernardus in ferm. de cena Domini, Cyprianus etiam in ferm. de lotionem pedum dicit, per illam significatum fuisse poenitentiae sacramentum, debuit ergo illa lotionem praecedere, sicut poenitentia, vel animi emundatio ante cedere debet vsui huius sacramenti.

Fr. Suarez Tom. 3.



men aperte indicat hoc esse dictum in ipsa communione sacramenti, nam sensus perspicuus est: tradidit vobis corpus & sanguinem, quamuis non ignoro inter vos esse, qui me tradidit. Vnde Sancti aduertunt, illa verba dicta esse a Christo, tum ad commendandam charitatem suam, tum vt emolliet cor Iudae, vt respiceret, & non indigne communicaret. Confirmari hoc potest, quia Iudas adfuit, cum Christus dixit Apollolis, Hoc facite in meam commemorationem: non ordinatus fuit Sacerdos, & Episcopus, iuxta illud, Episcopatui eius accipiat alter, quod de Iuda exponit Petrus Act. 1. ergo adfuit institutioni huius sacramenti.

*Act. 1.  
Probat. ex  
traditione.  
Eugenius.  
Leo Papa.  
August.*

Secundo probatur haec sententia ex communi traditione & interpretatione Patrum: illam supponit Eugenius Papa dicens, Christum non remouisse Iudam a communione: idem docet Leo Papa ser. 3. & 7. de passione Domini, Augu. tract. 6. 50. & 62. in Ioan. & lib. 2. contra Iulianum Pelicliani. c. 22. & lib. 1. de adulterinis coniugiis. c. 27. & lib. 5. de bapt. c. 8. item in id Psalmo. 10. Iustus autem quid fecerit & habetur in c. Christus. 1. q. 1. idem etiam expresse Epist. 163. Ambr. libr. de Apologia Dauid prophetae, Iulianus Imperator in edicto fidei suae ad Ioannem I. Pontificem circa hunc Iudas, inquit, cum parafleret eum, qui oculta hominibus cognoscit, sacramentis communicaui cum Apollolis. Hugo 2. de sacramentis par. 8. c. 4. Rabanus lib. 1. de instr. cleric. cap. 32. lib. 2. ca. 36. Cypr. in ser. de Coena Dom. Beda, D. Thom. & alij Ioan. 13. Laurent. Iust. h. de triumphali Christi agone c. 5. Niceph. lib. 1. hist. c. 30. Algerus lib. 1. cap. 21. vbi conatur Hilarium interpretari, sed frustra. Ecclesia etiam canit in hymno, Turba fratrum duodenae datum non ambigitur: & eadem est sententia Hieronymi, qui falso in contrariu citatur, nam Marc. 14. circa illa verba, biberunt ex eo omnes: & Iudas, inquit, bibit, sed non saturatur, nec sitim extinguit ignis aeterni, qui indigne sumit mysteria Christi, idem Pf. 54. (si illius sunt commentarij) circa illa verba, Qui dulces mecum capiebant cibos, illa exponens de Iuda ait, Cibus dulcis est corpus Christi, quod ipse accepit indignus, idem docuit ex Graecis Orig. tract. 35. in Matt. & Chryl. hom. 33. in Matt. & eleganter hom. 2. de prodicione Iudae & Cyrill. 1. 9. in Ioan. c. 26. Eadem est sententia Dionysij cum enim dicit, qui secum sacra coena ueritat, non agnum si guratum, sed verum Christum intelligit, vt omnes Dionysij commentatores interpretantur, tum quia licet legalis coena possit dici aliquo modo, sacra, tamen quod praecipue & quasi per antonomasiam fuit sacrum in illa nocte, fuit Eucharistia: tum etiam quia postea non dicit separasse Iudam a communione, sed a suo & suorum consortio, quando dixit, Quod facis fac citius, vt nimirum ostenderet dignam Eucharistiae sumptionem perficere unitatem, & coniunctionem cum Christo, & contrario vero qui indigne sumit, dignum esse, qui a Christi consortio & communione separetur.

*Origenes.  
Chryl.  
Cyrill.*

*Probat. ratione.*

Tertio probat D. Thomas ratione hanc sententiam: quia non expediebat, vt Christus Iudam peccatore occultum sine accusatore & euidente probatione, ab aliorum communione separet. Sed responderi potest, Christum vere non separasse a communione, sed prudenter expectasse, vt ipse discederet antequam sacramentum distribueretur, quod fieri potest, quia tunc non publicatur delictum occultum. Quae responsio recte ostendit potuisse ita fieri, tam ratio D. Thomae etiam ostendit hoc non fuisse necessarium, imo fuisse expediens in hac grauissima dard exempli Praelatis Ecclesiae: quomodo circa peccatores occultos se gerere debeant, poruit etiam expedit, ad significandum amorem suum erga peccatores, & singulariter erga Iudam, quem beneficiis lucrari cupiebat.

*2. Conclusio.*

*Iulius Papa.*

Dico secundo, Christum non communicasse Iudam, quando buccellam panis intinctam dedit, ita docuit Iulius Papa I. in suis decretis, cap. 7. & habetur in ca. Cum omne crimine de Consec. d. 2. & apud Iu-

nem 2. par. decreti, cap. 12. Burchardum lib. 5. decreti, cap. 1. idem docuit Concilium Brachar. III. cap. 1. Beda, D. Thom. & Laurent. Iustini. locis citatis, & expressè August. tract. 62. in Ioan. & conflat. Primo, ex illa simplici appellatione panis. Cui intinctum panem porrexero, quem Christus tunc non consecrauit. Secundo, quia non decebat Christum intingere Eucharistiam, fuit ergo simplex buccella panis. Quo circa Cyrillus & Augustinus supra citati, qui contrarium interdum indicant, explicandi sunt, vt intelligant, vt paulo ante, Christum communicasse Iudam, vel certe, quod per illum intinctum panem significata fuerit neta eius comunio, vt Augustinus magis indicat, de cuius sententia satis ex aliis locis constat, vt videmus: Originem vero Ioan. 13. licet contrarium proponat vt probabile, non tamen affirmare audeat.

Dico tertio (& concluditur ex dictis) Christum instituisse hoc sacramentum prius, quam illum panem intinctum Iudae tribuisset, quod est contra Casarem Baronium, in illo anno 34. annalium, vbi contrarium sentit, & probat ex quodam rituali libro Hebraeorum, vbi dicitur, illum consuetudinem dandi panem intinctum fuisse caeremoniam pertinentem ad ritum coenae legalis, sed, vt vidimus hoc sacramentum fuit institutum post finitam coenam legalem, ergo. Sed haec opinio, vt dixi, mihi displicet, quia est parum consentanea verbis Euangelij: dicit enim Ioan. post buccellam illam acceptam, continuo Iudam exiisse: non potuisset ergo adesse institutioni huius sacramenti facta esset post buccellam illam traditam. Responderi potest, particulam, continuo, solum significare Iudam non expectasse prolixam Christi concionem. Sed in primis hoc est contra verbi proprietatem sine fundamento. Deinde est contra expositionem Sanctorum, Cyrilli, Chryl. Ioh. & Augustini, locis citatis, qui dicunt vt supra ad illam horam Christi instituisse Iudam, & verbis ac factis procurasse, vt respiceret, ex tunc vero, quia iam indigne communicaret, & semper magis obdurabatur, permissum esse a damento vehementius intigari, & ideo statim ad Christum tradendum exiisse. De qua re legi potest Chryl. hom. 1. & 2. de prodicione Iudae, Cyrillus Hierosolym. Catech. 13. August. in Psal. 10. & Epist. 163. ille autem ritualis liber, quo fundatur Casar, apud me non est tanta auctoritatis, vt illi hanc adhibeam, quamuis fieri potest, vt illa consuetudo, non solum in coena legali, sed etiam in alijs obseruata fuerit.

Ad fundamenta contrariae sententiae, ad Patres ibi citatos responderetur, plures esse in contrariu, solum ille locus Clementis est difficilis, tamen vel ille locutus est ex propria opinione, & non ex antiqua aliqua traditione, vel certe ille locus non est omnino correctus, sicut de multis alijs illarum Constitutionum dicere necesse est. Ad coniecturam vero responderetur falsum esse assumptum, vt docet D. Tho. 2. 2. q. 33. art. 7. ad 2. & conflat primo quidem, quia vtrumque illud signum proditoris datum est a Christo post institutionem Eucharistiam, vt patet ex dictis patet, patrum ex dicendis dubio sequenti. Deinde, quia neutrum signum fuit publicum, neque ab omnibus discipulis intellectum. Nam verbum illud, qui intingit mecum manum in paropside, commune fuit, multi enim intingebant, sicut paulo ante dixerat, qui manducant mecum panem, & c. & signum est, quia post illud verbum alij haesitabant, & inquirebant, Numquid ego sum? & Petrus, ac Ioannes hoc ignorantes curiose inquirebant, & ipsemet Iudas, aut volens iustificare se ipsum, aut motus conscientia interrogauit, Numquid ego sum? Cui Christus respondit Tu dixisti: quod verbum vel solus ille audiuit, quia post illud, adhuc Petrus, & Ioannes ignorabant, vel certe solus intellexit. Nam illa dictio iuxta phrasim Hebraicam non est affirmantis, sed suspensantis assensum, & interdentis sermone, ac hinc dicitur, satis est, tu videris: quod docuit Augustinus libr. 3. de

de consensu Evangelistarum, ca. 1. & Euthy. in Mat. suo ca. 6.4. & habetur etiam apud Clementem, lib. 5. constituit. ca. 15. Denique aliud verbum, Cui intinctu panem porrexero, solum loanni supra pectus Christi recumbenti secreto dictum est, vt omnes exponit. Porro autem Christus vni, vel alteri manifestare peccatum iuda, quamuis esset occultum: tum quia erat dominus fame eius, vt Deus: tum etiam, quia poterat id esse vtile ad fidei confirmationem, & suae diuinitatis, ac charitatis manifestationem. Noli vero manifestare omnibus, sed in hoc fama iuda prospice, licet eius peccatum paulo post esset omnibus manifestandum: quia quoad hoc voluit Christus se generare tantum, vt homo, & suo facto exemplum nobis praeberet: homines autem non debent operari iuxta futuros eventus, sed iuxta praesentem rerum statum. Ad confirmationem Hilarij facilis est solutio. Respondetur enim, ad veritatem & proprietatem illius locutionis (Donec vobiscum illud bibam nouum in regno Patris mei) sufficere, vt de omnibus quibus cum Christus conauerat, & ad quos Christus loquebatur vno solum excepto iuda, verificetur.

SECTIO IV.

An hoc sacramentum sit institutum ante, vel post cenam, ac denique, qua hora institutum fuerit.

In hac quaestione possunt esse sex modi dicendi: primus quod fuerit institutum ante inchoatae cenam legalem: sed, vt existimo, hic modus a nemine asseritur, & est omnino improbabilis, vt late probat Iansenius, cap. 130. & ex dicendis a fortiori patebit.

Secundus modus esse potest, vt institutio haec facta fuerit, inchoata cena legali, nondum autem finita. Quam sententiam videtur sequi Iansenius supra, & videtur fundatus in hoc, quod non distinguit cenam vsualem a legali, & necessarium existimauit asserere, ante finitam aliquam cenam, institutum fuisse hoc sacramentum, in quo recte asseruit, vt videbimus. Tamen eius fundamentum falsum est. Vnde eius opinio etiam mihi non videtur probabilis. Certe enim existimo, iam fuisse legale cenam finitam, quando sacramenti huius institutio facta est. Quod primo sequitur necessario ex dictis, diximus enim lotionem pedum fuisse post finitam cenam illam, & institutionem sacramenti post lotionem pedum fuisse effectam: ergo. Secundo argumentum supra assumptum ex illo verbo (& comedetis, festinate) etiam probat cenam legalem non debuisse interrumpi ob institutionem huius sacramenti. Tertio videtur haec esse sententia Conc. Trident. sess. 22. cap. 1. dicentis, Celebrato veteris paschate, nouum instituit. Et Vrbanus Papa, Clem. I. de reliquijs & vne. Sanct. Supta, inquit, cena, & c. est etiam expressa sententia Aug. Epistola 118. & habetur in cap. Liquido, de Consecratione d. 2. Denique vniuersa Ecclesia canit. Post agnum typicum, expletis epulis, corpus Dominicum datur discipulis. Et sequenti dubio referam plures Patres asserentes decessisse, celebrata vmbra, et anire ad veritatem.

Tertius modus dicendi est, Christum non eodem tempore vtramque speciem instituisse, sed speciem panis inter cenandum legali cena, speciem autem vini post finitam omnino cenam, & multis interpositis alijs rebus, vel actionibus. Haec dicendi rationem tenet Ioannes a Louanio lib. de communione sub vtraque specie, & illum secutus est Bellarminus libr. 4. de Eucharistia, cap. 27. ad 2. & potest fundari, quia de consecratione panis dicunt Matth. & Marcus, Cenantibus autem illis accepit Iesus panem, & c. de consecratione autem calicis ait Lucas, c. 22. & Paul. 1. Cor. 11. Similiter & calicem, postquam cenauit, dicens. Sed neque hic dicendi modus mihi probatur. Primum enim illa verba Ecclesiae, Post agnum typicum, expletis epulis, corpus Dominicum datum: discipulis, aperte loquuntur. Franc. Suarez. Tom. 3.

tur de sacramento, quoad speciem panis: alia vero testimonia citata absolute de toto sacramento loquuntur: & similiter, quae referemus sectione sequenti. Praeterea rationes factae contra praecedentem sententiam contra hanc non minus virgent. Itaque sine sufficienti fundamento fingit hoc mysterium non fuisse institutum per modum vnius integri sacrificij & signi: nam si prius consecratum est corpus, & consumptum, postea vero actiones aliae interpositae sunt, & finita cena, consecuta est calicis consecratio, certe non fuit per modum vnius factum totum mysterium, nec modo apto ad componendum vnum signum. Denique fundamentum ex Scriptura sacra nullum est. Nam Matth. & Marcus, tam de consecratione calicis, quam corporis dicunt, Cenantibus autem illis: & Lucas post consecrationem calicis ait, dixisse Christum, Veruntamen manus tradentis me, mecum est in mensa, & omnes referunt vtramque consecrationem per modum vnius actionis continuae. Igitur, quod Paul. ait (similiter & calicem, postquam cenauit) de toto mysterio intelligendum est, ita vt illud aduerbium, similiter, ad totum hoc referatur. Quod sicut panem post cenam, scilicet legalem, consecrauerat, ita fecit & calicem. Quomodo autem illa duo conciliantur, cenantibus illis, & postquam cenauit, facile ex dictis patere potest. Nam hoc posterius dictum est, propter legalem cenam: prius vero propter vsualem: vel quia vtraque per modum vnius consideratur, vt in huius sectionis dicam.

Quartus modus est, hoc sacramentum fuisse institutum finita omni cena materiali, seu corporali. Ita sentit Claudius de Saictes repetit. 1. c. 7. & repetit. 6. c. 1. & Caesar Baronijs supra, & fundari etiam videtur, quia non distinguunt cenam legalem ab vsuali. Quod si obiciatur verbum illud, cenantibus autem illis: Respondere poterunt, illud verbum esse exponendum: id est, statim finita cena, & recumbentibus adhuc, ita vt per modum vnius cenae id totum factum fuerit. Sed haec sententia mihi non probatur. Nam primo falso nititur fundamento, vt visum est, deinde ex dictis conuinci potest, ostendimus enim, Christum instituisse hoc sacramentum antequam Iudas discederet: & antequam illi intinctum panem daret: ergo post institutionem adhuc durabat cena: quandoquidem potuit Christus illud signum praebere. Ergo non est facta institutio post finitam omnem cenam.

Quintus modus dicendi est: hoc sacramentum fuisse institutum inter cenandum, vsuali cena illa videlicet inchoata & nondum finita. Quae sententia in primis habet fundamentum in verbo, Cenantibus autem illis: quod si potest cum omni proprietate intelligi, non est eneruandum. Quibus verbis addi possunt illa, quae scribit Lucas, Veruntamen ecce manus tradentis me, mecum est in mensa, quae verba indicant Christum actu fuisse in cena, quando hoc sacramentum dabat discipulis. Videtur etiam fauere D. Aug. l. 3. de consensu Evangelistarum, cap. 1. vbi dicit verba illa. Amen amen dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me: & illa, Qui intingit mecum manum in paropside, dicta esse post lotionem pedum: vnde fit, dicta esse inter cenandum cena vsuali: & tamen subdit dicta esse ante institutionem Eucharistiae: ergo haec facta est, inchoata iam cena vsuali. Et haec sententia est valde probabilis, nihilque video, quod ex Scriptura sacra, vel Patribus contra illam obici possit. Nihilominus mihi difficile creditur est, Christum Dominum instituisse tantum sacramentum inter vulgares & communes epulas. Videtur enim hoc esse praeter reuerentiam debitam tanto sacramento: neque apparet vlla ratio litteralis, aut moralis, propter quam ita fieri debuisset.

Sextus ergo dicendi modus est: Christum Dominum, finita cena legali, lauisse, vt diximus, pedes discipulorum: & ea actione absoluta, iterum recubantibus.

Sententia

Claudius Baronijs

Refutatur

August.

Eucharistia sine a legali, & nondum incepta cena vsuali fuit instituta.



Virum convenienti tempore institutum sit hoc sacramentum.

Quamvis ex instituentis autoritate satis con- ter, opportunissimo tempore fecisse omnia my- steria, quæ operatus est, vt tamen eius rei ratione a- liquam explicemus, declarandum est, quam ob cau- sam non ante incarnationem, neq; ante tempus pas- sioni proximum, sicut Baptismus, neque post passio- nem & resurrectionem, sicut Pœnitentia, fuerit hoc sacramentum institutum. Principio igitur non oportuit ante incarnationem institui. Primo, quia anti- qua sacramenta significare debuerunt Christum, vt futurum, non vt presentem: hoc autem sacramen- tum, non solum significat presentem Christum, sed etiam continet. Secundo, hoc sacramentum est effi- cacissima causa, & veluti vberissimus fons gratiæ, & charitatis: abundantia autem gratiæ legi gratiæ tel- luri debuit. Tertio, est certissimum pignus gloriæ, cuius ianua nondum erat hominibus patefacta. Quarto, quia non fuit conueniens, vt Christi cor- pus, prius quam modo tonaturali existeret, sub hoc sacramento constitueretur. Ac denique myte- rium, hoc incarnationis mysterium supponit. Imo, vt Chrysostr. non solum sapa indicat, est veluti quoddam illius complementum, quia cum incarnationis be- neficium in sola vna humanitate perfectum sit, per hoc sacramentum ineffabili quodam modo aliis ho- minibus communicatur. Quo circa rationes omnes, quæ asserri solent, supra q. art. 4. & 5. propter quas conueniens fuerit, mysterium incarnationis post lon- ga tempora fieri in vltima mundi ætate eadem pre- senti mysterio applicari possunt, scilicet, quia non e- rant homines antea dispositi ad suscipiendum tan- tum beneficium, & quia oportuit mysterium adeo difficile per multa tempora prius prædici, & variis figuris adumbrari, quos articulo sequenti videbim'. Sed quæritur hoc loco, an potuerit hoc sacramen- tum ante incarnationem institui. Sed circa hoc, quæ necessaria hoc loco visa sunt, notauimus in Comm- tario art. 5. cætera adiciemus.

Dico secundo, oportuisse hoc sacramentum in- stitui ante passionem. Primo, quia decuit, vt Chri- stus Dominus maximum amoris signum, adhuc in mundi corpore existens, nobis exhiberet, iuxta il- lud, Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in fine dilexit eos, sicut etiam eodem tempore præbuit ma- ximum humilitatis exemplum, discipulorum pedes lauando. Secundo, vt ipsamet institutio & oblatio sacrificij inuenienti esset meritoria, & satisfactoria, & prætium nostræ redemptionis: hoc enim non ha- buisset, si post resurrectionem, quando iam non e- rat Christus in statu merendi, vel satisfaciendi, in- stitueretur. Tertio, quia decuit, vt memoriale mor- tis suæ ante eandem mortem, nobis relinqueret. Di- ces, imo, cum sit memoriale passionis iam peractæ, non videtur potuisse institui ante passionem, aliàs falsum significasset. Respondetur, significationem huius sacramenti ab initio institutionis eius relata- esse ad illud tempus, in quo passio futura erat, & i- deo non fuisse falsam, sicut etiam Baptismus, licet an- te passionem fuerit institutus, passionem tamē Chri- sti repræsentat.

Dico tertio, Opportunissime fuisse hoc sacra- mentum institutum in ipso passionis ingressu, & nō antea. Huius conclusionis varias rationes asserit hic D. Thom. & alij Theologi in 4. d. 8. & breuiter de- claratur. Primo, quia decuit, vt in ipso discessu præ- cipiuum signum traderet, a memoriale suæ dilectio- nis, & imminente passione, memoriale illius nobis relinqueret, vt eo tempore altius cordibus infige- retur. Secundo, vt more amantissimi Patris in fine vitæ pretiosorem ha- ditatem filiis relinqueret, eamque

iste cum discipuli; & dixit illa grauisima verba. Scitis, quid fecerim vobis, &c. vsque ad illa, Exem- plum dedi vobis, vel, vt Augustinus supra vult, vsque ad illud, vnus ex vobis tradet me, & fortasse euncan- ter poluit alia verba, quæ sunt apud Lucam, Deside- rio desideravi hoc pascha manducare vobiscum. Por- test enim illud, pascha, non solum agnum paschalem, sed etiam paschale tempus, vel certe ipsam Eucharis- tiam, quæ per illum agnum adumbrabatur, signifi- care, vt exponunt Chrysostr. homil. 83. in Matth. Hierony. Matth. 26. Eusebius in Catena D. Thomæ i- bi, & Tertullianus lib. 4. contra Marcionem c. 40. De- niq; non est incredibile in eodem temporis articulo, Christum discipulos de futuris mysterijs intruxisset, eoque ad eorum communionem preparasse, & sta- tum instituisse hoc sacramentum, & discipulis dedisse.

S Chrysostr. S. Hieron. Eusebium Tertullian.

Quæ sententia non aliter confirmatur, nisi quia & cum iis, quæ Euangelistæ narrat, accomodari pot- rest, & aliunde conuenientissimo ordine omnia con- necit. Nam primum omnium à legali cena inchoa- tum est, vt legis præceptum ante alia seruaretur, & figura veritatem præcederet, quæ proxime statim sequi debuit. Interpolite vero fuit lotio pedum, vt, quanta reuerentia futurum sacramentum recipi- endum esset, significaretur, & vt sacramentorum di- ueritas magis innotesceret, postea vero expletis mysterijs, ad communem cenam inuentum est. Quæ sententiam indicat Damasc. lib. 4. de fide, cap. 14. & iuxta illam recte intelligitur illud, cenantibus autē illis, vel quia inter vnam, & alteram cenam, quam totam Euangelistæ per modum vnus recensent, hoc mysterium peractum est, vel certe, quia recubentibus iam illis ad cenandum, & mensam intru- cta, & parata, ab hoc mysterio inchoari est. Propter quod recte potuit dicere Christus, Veruntamen ecce manus tradentis me, necum est in mensa. Fateor ta- men, Augustinum citato loco non satis distinguere inter cenam vsualem & legē: suppositis tamen, quæ diximus, non est necesse verba illa, quibus Christus suum proditorē prædicebat, dicta esse ante, vel post lotionē pedum, aut institutionem Eucharistiæ, quia partim dici poterunt in cenā legali, partim in vsua- li, & partim in initio, partim in fine illius noctis, vt facile est ex Euangelistis colligere, & ex ijs, quæ tra- ctat Iansenius, cap. 130. & 131.

Damasc.

Augustinus

Chrysostr.

Augustinus

Augustinus

Iansenius.

Ex quibus omnibus tandem colligitur, quo tem- pore & hora institutum sit hoc sacramentum. Clau- dius enim supra opinatur post multam noctem, seu in profundo, aut medio illius institutum esse. Ego vero existimo in principio noctis post transactam vnam, vel ad summum, duas horas post solis occa- sum esse institutum. Dicitur enim Deut. 26. Immola- bis pasche vespere ad solis occasum: Euangelistæ autē dicunt, Christum accessisse ad immolandum pascha cum facta esset hora, vtique à lege præscripta. Dece- bat enim Dominum in lege exequenda se diligentissi- mum ostendere. Cena autem legalis, & lotio pe- dum, ad summum, per duas horas durare potuerunt & statim secuta est institutio Eucharistiæ, ergo. Et addi potest coniectura ex Euangelio. Primo, quia Io- annes notat, quando Iudas exiit, fuisse iam noctem, quod notari solet in principio noctis, non in medio. Deinde post illius exitum, Christus habuit longam concionem, & postea iuit in hortum, & prolixè o- rauit, deinde vero comprehensus est: & ab vno ad al- lum Pontificem ductus & examinatus, & nihilo- minus postea superfuit magna pars noctis, in qua cō- tumeliosis affectus est à ministris diem expectanti- bus, vt illum ante Pilatum siserent. Ergo huius- modi institutum est, instituisse Eucharistiā in initio noctis, vt dixi-

Eucharistia est instituta i. vel 2. hora noctis.

Augustinus

Augustinus

Augustinus

Augustinus

Augustinus

Augustinus

Augustinus

Augustinus

Augustinus

Augustinus

Augustinus

Augustinus

Augustinus

ARTICVLVS VI.

Vtrum agnus Paschalis fuerit præcipua figura huius sacramenti.

Ad sextum sic proceditur. Videtur, quod agnus Paschalis non fuerit præcipua figura huius sacramenti: Christus enim dicitur Sacerdos secundum ordinem Melchisedech propter hoc, quod Melchisedech genuit figuram sacrificij Christi, offerens panem & vinum. Sed expressio similitudinis facit, quod vnum ab alio denominetur. Ergo videtur, quod oblatio Melchisedech fuerit potissima figura huius sacramenti.

2. Præterea, transitus maris rubri fuit figura Baptismi, secundum illud 1. Cor. 10 Omnes baptizati sunt in nube & in mari. Sed immolatio agni Paschalis præcessit transitum maris rubri, quem subsequutum est Manna, sicut Eucharistia sequitur Baptismum. Ergo Manna est expressior figura huius sacramenti, quam agnus Paschalis.

3. Præterea, potissima virtus huius sacramenti est, quod introducit nos in regnum colorum sicut quoddam viaticum. Sed hoc maxime præfiguratum fuit in sacramento expiationis quando Pontifex intrabat semel in anno cum sanguine in Sancta Sanctorum: sicut Apost. probat, Hebr. 9. Ergo videtur, quod illud sacrificium fuerit expressior figura huius sacramenti, quam agnus Paschalis.

Sed contra est, quod apost. dicit 1. Cor. 5. Pascha nostrum immolatus est Christus: itaq. epulemur in azymis sinceritatis, & veritatis.

Respondendum, quod in hoc sacramento tria considerare possumus scilicet, quod est sacramentum tantum, quod est panis & vinum, & id, quod est res & sacramentum, scilicet corpus Christi verum & quod est res tantum, scilicet effectus huius sacramenti. Quantum igitur ad id, quod est sacramentum tantum, potissima figura fuit huius sacramenti, oblatio Melchisedech, qui obtulit panem, & vinum. Quantum autem ad ipsum Christum passum, qui continetur in hoc sacramento, figura eius fuerunt omnia sacrificia veteris Testamenti, præcipue sacrificium expiationis, quod erat sollemnissimum. Quantum autem ad effectum fuit præcipua eius; figura Manne, quod habebat in se omni saporis suauitatem (vt dicitur Sap. 16.) sicut & gratia huius sacramenti, quantum ad omnia reficit mentem sed agnus Paschalis, quantum ad hæc tria præfigurabat hoc sacramentum. Quantum enim ad primum: quia manducabatur cum panibus azymis, secundum illud, Exod. 12. Ed. vt carnes & azymos panes. Quantum vero ad secundum, quia immolabatur ab omni multitudine filiorum Israel. Quantum ad tertium, quia Luna, quod fuit figura passionis Christi, qui propter innocentiam dicitur agnus. Quantum vero ad effectum, quia per sanguinem agni Paschalis protecti sunt filij Israel à deustante Angelo, & educi de aegyptiaca seruitude. Et quantum ad hoc ponitur præcipua figura huius sacramenti agnus Paschalis, quia secundum omnia ipsum representat.

COMMENTARIVS.

Questio huius articuli annexa est disputationi præcedenti. Cum enim ostensum sit, non fuisse conueniens, vt hoc sacramentum re ipsa præcesserit Incarnationem, dubitari non immerito potest, an expedierit, vt præcesserit saltem in figura, eo modo, quo Christus dicitur agnus occisus ab origine mundi. In qua re impius Lutherus irridet piam diligentiam, quam D. Thom. adhibuit in explicandis huius mysterij figuris. Sed ille potius irridendus est, cum Paulum contemnat, 1. ad Cor. 10. dicentem: Omnia in figura contingebant illis: qui etiam singulariter propter huius mysterij representationem dixisse videtur: Omnes eandem escam spiritualem manducauerunt, scilicet, manna, quod figura fuit huius sacramenti.

Q. 4. ad 1. Certum

eamque maxime commendaret, tanquam rem sibi charissimam. Tertio dicitur inuisibiliter hominibus dari tunc, quando visibiliter ab eis recedebat. Quarto dicitur fieri post vltimam legalem cenam, vt ex sacramentorum collatione, noui sacramenti excellentia magis innotesceret: & vt tunc inciperet maxime noui sacramenti virtus, quando legalia cessabāt. Hæ rationes desumptæ sunt ex Chrysof. hom. 83. in Matth. & 28. in 1. ad Cor. Hieron. Matth. 26. August. Epist. 118. ad Ianuarium, Cyprian. serm. de cena Domini. Vltimo accedit literalis ratio, quia, licet Christus instituerit hoc sacramentum ante passionem, tamen reuera noluit, Ecclesiam vti illo, donec ipse esset glorificatus, quia ita decebat maiestatem tanti sacramenti, & ideo oportuit, institutionem illius proxime fieri ante passionem.

Possit hoc loco curiose inquiri, an, si Adam non peccasset, instituturus esset Christus hoc sacramentum. Supponendum mysterium Incarnationis fuisse futurum, etiam si homines in statu innocentie perseverassent. Nam si contraria sententia defendatur, nullus locus relinquitur præsentis questionis, vt constat. Sed in re incerta, & non admodum vtili, & ab aliis non disputata, immorari nolo. Vnus enim quisq. poterit facile ex dictis supra de mysterio Incarnationis, in proposito dubio proportionaliter ratiocinari. Certum est enim, non fuisse tunc futurum hoc sacramentum, vel sacrificium in figuram seu memorabile passionis Christi: quia tunc Christus non esset passibilis. Deinde ex ijs, quæ in simili questione de Incarnatione diximus, collari potest, iuxta modum prædeterminationis, quem de facto Deus habuit, nullum habuisse decretum circa hoc mysterium, ex quo sequatur, illud fuisse futurum, si homo non peccasset, neque ad hoc afferendum potest ex Scriptura sacra, & Patribus fundamentum sumi. An vero, non existente peccato, habiturus esset Deus tale decretum, res est incerta, quæ adductis coniecturis in verâque partem potest disputari. Non est autem improbabile, Deum non fuisse prætermissurum tantum, & tamque admirabile mysterium, in quo post Incarnationis opus, eius omnipotentia, & reliqua attributa maxime refulcent, etiam si homines non indigerent remedio contra peccatum: præsertim cum hoc sacramentum per se primo non ordinetur ad tollendum peccatum, sed ad contrahendum maius charitatis vinculum, & quali ad committendum cum ceteris hominibus altissimum Incarnationis beneficium per summam quandam participationem, vt Chrysof. inquit, & probari hoc potest. Primo, quia per hoc sacramentum ipsa humanitas Verbo coniuncta, realiter coniungitur suo modo ceteris hominibus: hoc autem est quoddam bonum, & per se maxime hominibus experibile, & quod valde charitatem fouet, & excitat. Secundo, quia post factum Incarnationis mysterium, ipsi etiam Angeli discunt à sensibili humanitate Verbo vnita. Ergo multo magis expediret hominibus perfici & sanctificari ab ipso Christo, sub sensibili sacramento inter eos manente. Tertio conferret hoc, vt homines perfectissimum sacrificium laudis, & gratiarum actionis Deo offerrent, Christum offerendo realiter presentem. Quarto denique, quia hoc ipsum Eucharistia mysterium, est quoddam ex maximis operibus diuinæ omnipotentia, quodq. valde declarat diuinam attributa sapientiam, charitatem, &c. propter quæ ostendenda, Deus operatur. Sed de re incerta hæc sint factis. Poterat etiam hic de alia circumstantia huius institutionis tractari, de loco, scilicet, vel cenaculo, in quo hoc sacramentum institutum est. Sed de hac re nihil reperio, quod ad scholasticam disputationem pertineat. De his vero quæ ad historiam pertinent, legi potest Nicephorus lib. 1. cap. 28. & Cæsar Baronius in annalibus anni trigelimi quarti.

Chrysof. Hieron. August. Cyprian.

Chrysof.

Chrysof.

Chrysof. Baronius.